M. TULLII CICERONIS

AD

MARCUM BRUTUM ORATOR

EX TRIBUS CODICIBUS DENUO RECENSUIT

HENRICUS MEYERUS

HELVETO-TURICENSIS
PHIL. D. ET A. MAG.

ADDITA EST INTEGRA ET CODICUM ET EDITIONUM
LECTIONIS VARIETAS

ACCEDIT EPISTOLA CRITICA
CAR. HENR. FROTSCHERI.

LIPSIAE
SUMTIBUS C. H. F. HARTMANNI.
MDCCCXXVII.

GODOFREDO HENRICO
SCHAEFERO

VIRO DOCTRINA ET VIRTUTE
PRAESTANTISSIMO

ET

IACOBO MEYERO

PATRI SUMMA PIETATE COLENDO

LIBRUM HUNC

PUBLICUM PIETATIS MONUMENTUM

ESSE VOLUIT

EDITOR.

PROOEMIUM.

Cum eorum quae in hac editione praestiterim rationem reddere me oporteat, non sine magna verecundia id facio, cum longe me videam abesse ab eo, qui mihi fuit propositus finis. Suscepi quidem hunc laborem incredibili cum amore. Cum enim in continua rhetoricorum librorum Ciceronis lectione hoc potissimum qui orator est inscriptus libro delectarer, ac mirum videretur, quod, cum cetera Ciceronis monumenta maximis virorum doctorum curis saepissime essent illustrata, neglectus plane a criticis iaceret Orator, hoc conatus sum opus aggredi editionemque paravi novam. Hunc vero et pulcherrimum librum et difficillimum esse nemo

gnorat. Ac fateor me praestantia rerum, quae in eo tractantur, et laboris difficultate nimium quantum excitatum esse stimulatumque, ut recte exequerer critici munus. Cum autem mox viderem, non esse magna satis in criticis rebus auctoritate praeditas editiones recentiores, ad vetustissimas potissimum, qui fons est uberrimus bonarum lectionum, reverti. Atque conferendi labor non molestus mihi visus, imo iucundissimus fuit, cum maiorem quotidie fructum ex ea re haurire me sentirem. Contuli vero sex et viginti editiones, ita ut nullam fere praetermitterem, quae aut cognitione esset digna aut in quam incidere contigisset. Idque sedulo feci omnesque notavi lectiones et levissimas et gravissimas: hae enim res ita sunt comparatae, ut difficile sit praescribere, quid sit parvi momenti quidve magni. Omnem autem varietatem in editionem meam intuli, ut melius quisque perspiceret totum, et omnino intelligeret, quid ex codicibus sit ortum, quidque ab editoribus deinceps constitutum, postremoque ut cuique maior sit copia ac facultas, exercendi ingenium suum et corruptos quos ego tangere nolui emendandi locos.

Nam multa in hoc corruptissimo libro restant, quae ex novis codicibus aut ex ingenio futurus emendet editor.

Ac iudico, monumenta Ciceronis multo firmius restitui posse editoresque nostrorum temporum longe melius esse acturos, si antiquissimas excerpant editiones quam si repetant recentiorum commenta et opiniones. Multa enim eorum, quae ab his excogitata sunt, si libros contuleris antiquos, in nihilum plane recidunt. Quanquam autem his collatis editionibus magna variarum lectionum copia erat parata, ita ut locis multis, in quibus ante haeseram, lux afferretur, magna tamen atque adeo maior locorum pars relicta erat, qui nondum sanari possent. Contuli igitur, cum Berolinum irem visum, Vitebergae codicem qui ibi asservatur. Is est idem, quem I. A. Ernesti in adnotationibus ter quaterve laudavit, sed, ut mos erat illis temporibus, negligenter eo usus est, ita ut ne centesimam quidem partem lectionum excerperet. Hic vero codex tam est praestans et integritate et bonitate lectionum, ut non dubitaverim, quin fun-

damentum esse possit novae editionis firmissimum ac solidissimum. Alium postea contuli codicem Dresdae, qui quamvis illo sit inferior, magnas tamen virtutes habere videbatur. Tum accepi ex humanitate Georgii Baiteri mei, viri doctissimi, collationem codicis Monacensis a Francisco Xaverio Lechnero, adolescente praestantissimo, diligentissime confectam. Hic Dresdensi codici valde est similis, nec tamen ita, ut non hic et illic potiores contineret lectiones verbaque Ciceronis aptius ac verius saepe collocaret.

Inveni porro multa et praeclara in exemplari illo Ciceroniano Friederici Wolfgangi Reizii, quod mihi pro humanitate sua insignique erga me benevolentia impertivit G. Hermannus.

Praeter haec grammaticorum legi volumina. Cum autem in iis inesse viderem inexhaustam materiam emendandi auctorum veterum libros, tum intellexi, quam longe recederent vel praestantissimae editiones librorum Ciceronis ab illa forma perfecta et absoluta, quam

quis in animo conceptam habeat. Quamvis enim grammatici emendatius multo multos exhibeant locos, raro tamen in iis colligendis tam diligentes fuerunt editores, ut non multos omiserint. Nam cum in aliis rebus tum praesertim in fragmentis librorum Ciceronis congerendis ita negligenter sunt usi grammaticis, ut ex Quinctiliano ceterisque huius generis auctoribus plus quinquaginta nova excerpere multaque ceterorum facili labore restituere possimus. In Oratore autem plurimum mihi profuit tum Quinctilianus, tum Rufini grammatici liber de metris comicorum, tum C. Iulii Victoris Ars Rhetorica, quam nuper edidit Ang. Maius.

Haec sunt quae praesto mihi fuere. Quod si aliis fortasse probetur haec editio, illos scire velim, multum me debere in hac re Godofredo Henrico Schaefero, qui ut ceteris in rebus sic in hoc labore optimus mihi auctor et suasor fuit, omninoque sic me iuvit et auxit in litteris, ut nunquam felicius me vixisse credam quam hoc biennio, cum in amicitiam huius viri atque familiaritatem venire contigisset.

Communicavit praeterea mecum egregias in Oratorem meum animadversiones, quas huic prooemio subiecimus, Car. Henr. Frotscherus, vir amicissimus.

Scribebam Lipsiae Calendis April. 1827.

CAR. HENR. FROTSCHER
HENRICO MEYERO
S. D. P.

Quod a me precibus humanissimis petivisti, Meyere, vir amicissime, ut, si legenti mihi adnotationes tuas in praestantissimi oratoris libellum elegantissimum forte occurrisset, quo iuvari te tuamque operam posse existimarem, tecum vellem communicare: id ego, quamvis non parum multis, ut nosti, et gravibus negotiis districtus, negare tibi nullo modo potui. Namque et honorificum mihi est, quod meum de studiis tuis cognoscere cupis iudicium, et ea tecum necessitudo intercedit, ut, si tibi honesta petenti obsequi noluissem, amicitia tua non satis dignus esse merito iudicarer. Itaque faciundum putavi, quod rogas: in quo sicut facile poterit fieri, ut exspectationi de me tuae non satisfaciam, ita, mihi crede, non indignabor, si supprimere has adnotationes meas quam publicare satius putaveris. Nam et difficile erat multa reperire, quae accuratam scientiam atque eruditionem tuam viderentur fugisse, et malui in hoc toto quod tibi praestarem officio desiderari a te dexteritatem meam, quam amorem erga te ac benivolentiam.

Cap. 1. §. 1. bene factum puto quod scripsisti *prudentium.*
Neque enim dubitari potest, quin minus probabilis sit

altera forma *prudentum:* qua sicubi utatur Cicero, numeri magis et aurium quam analogiae rationem habuisse crediderim. Varronis locus, quo uteris, vereor equidem ut satis commode huc referatur.

Cap. 3. §. 12. mallem intactam reliquisses vulgatam scripturam *reliquerunt:* quam Cicero ipse veriorem putavit. Vid. cap. 47. §. 157. ubi quod dicit consuetudini auribus indulgenti se libenter obsequi, ad hunc quidem locum minus videtur pertinere.

Cap. 4. §. 15. nescio an restituenda fuerit forma *Periclen.*

Cap. 7. §. 23. recte notas insuavem eiusdem soni iterationem. Sed quae praeterea commemoras exempla, de iis non puto tibi adsentiendum esse. Nam quod est §. 41. vel interpunctionis ratio satis ostendit alienum esse et contrarium. Alterum §. 39. excusationem habet a propriis nominibus. Sed ne tertium quidem locum afferre debebas: in quo quae sola in censum venire quodammodo possunt verba *exiguum numerum oratorum*, nihil offendent, si ex innumeris locis hoc unum comparaveris, quod modo dixerat Cic. §. huius libri 22. *Horum singulorum generum.* Reliqua illa *aetatum, temporum, civitatum*, ne superbissimus quidem iudex improbaturus fuerit. Quinctilian. Inst. Orat. X, 5, 10. *Nam in illa multiplici* personarum, rerum, temporum, locorum, dictorum, factorum, *diversitate facile delitescit infirmitas.* Aliud sentiendum de iis locis, quos citavi in commentar. ad eiusd. cap. 7. §. 26. ex Tuscul. Disp. et I. lib. de N. DD. Add. Iustin. Hist. XIV, 3, 3. *praemia longa militia parta* perdiderunt.

De forma *increbruit* unice probo quod ait Heindorfius ad Horat. Satir. II, 5, 93.

Cap. 8. §. 25. mihi magis placet *opimum quoddam et tanquam* adipale *dictionis genus*, vel propterea, quod adiectivum cum voc. *genus* potius coniungi debebat quam cum genitivo *dictionis*, qui omitti etiam nullo senten-

tiae detrimento poterat, pariter atque §. 223. *dicendi.* Idem sensisse videntur qui scriberent *adipatum dictionis genus.* Sed quod ais voc. *adipale* nulla certa firmari auctoritate, me quidem nihil movet. Dicendum est enim, quod ipse dixisti ad §. 187. de voce *collatata,* quam quomodo intelligi velis, ex adnotatione tua non satis apparet. Sed si tibi idem est quod *dilatata,* docendus fuisse lector videtur, qua id ratione fieri potuerit. Ac sane interdum in compositione *com* (*cum*) praepositionis primaria vis ita delitescit, ut intendere et augere simpliciter verbi significationem putetur; velut in voce *consceleratus.*

Paullo post sic legendum censeo: *Graecia multo minus.* quod malebat Goerenzius ad III. de Fin. B. et M. cap. 1. §. 4.

Cap. 11. §. 36. *Ennio delector, ait quispiam.* Vides, quam parum vera fuerit eorum sententia, qui Ciceronem negarent usquam hoc *ait* mediae orationi interposuisse. Sed quod in quibusdam libris comparet *quispiam ait*, eum ordinem hoc quidem loco absurdum iudicaveris, si vera sunt quae dixi ad Xenoph. Hier. 1, 1.

Cap. 16. §. 52. *sciscitari* est etiam in Oxon. Cod. Ψ. Caeterum si quid eo loco mutandum est, malim equidem *te non id sciscitari*, vel potius *non id sciscitari te.* Neutrum tamen necessarium videtur. Nam quod primo loco posita negatio est, id licet repugnet vulgaribus praeceptis, facere tamen non possum quin probem vel maxime. Acrior sic utriusque vocis (et negationis et demonstrativi pronominis) vis cernitur, interposito minoris ponderis vocabulo. Cf. Goerenz. ad II. de Fin. 27, 89. pag. 256, b. Sallust. Cat. 51, 17. *Verum sententia eius* non *mihi* crudelis — *sed aliena a rep. nostra videtur.*

Cap. 19. §. 68. *orator — explicandus est nobis qualis futu-*

rus sit. Iuvabit contulisse Matthiae adnot. ad orat. pro lege Manil. §. 84.

Cap. 22. pr. mihi quidem magis placet Lambiniana lectio *etsi enim sine re.* Quod enim tibi scribendum videtur *etsi sine re enim*, quum non potueris fulcire nisi scripturae compendio, quo in hac voce usi fuerint librarii, verendum puto ut satis muniveris. Nec vero commode satis, ut opinor, huc retuleris Quinctilian. Inst. Orat. X, 1, 16. *Vivunt omnia* enim *et moventur.* (ubi vid. adn. m.) cui simile quid legitur apud Cic. ad Att. XIV, 6. *odiosa illa* enim *fuerant.* (Cf. Heindorf. ad Horat. Satir. II, 7, 105.) Quodsi illud *sine re* maiorem vim habere volebat Cicero, *sine re enim etsi nulla vis verbi est* haud cunctanter poterat scribere. Ego vero si quid video, quod invitis libris omnibus cum Lambino intruserunt Schützius et Orellius, vix necessarium arbitror. Cf. Liv. Hist. 1, 27. *Tullus equitem redire in praelium iubet: nihil trepidatione opus esse: suo* [intell. *enim*] *iussu circumduci Albanum exercitum, ut Fidenatium terga invadant.* Id. 29, 6. *Spes Locros urbem recipiendi ex minima re adfulsit.* Latrociniis magis *quam iusto bello in Bruttiis gerebantur res.* Qui loci licet paullo aliter comparati sint quam Ciceronis, hoc certe declarant, veteres Latinos iuxta cum Graecis omisisse nonnunquam eiusmodi particulas, ubi nobis ex vulgaribus grammaticorum praeceptis maxime videantur necessariae. Atque huius quidem omissionis aliae in aliis locis rationes reperiuntur, quas hic explicare longum est.

Cap. 23. §. 78. non prorsus de nihilo videtur Nonii lectio *nec calamistri quidem;* quantumvis facile ab librariis errari potuerit. Vid. adn. ad Quinctil. X, 1, 33. 7, 32. Similiterque infra §. 107. perplacet Viteberg. Codex *nec ad saxa quidem* praebens. et mox §. 108. *nec in Graeco quidem.* Item §. 158. *nec his quidem* legi maluerim.

Cap. 24. §. 82. rectissime reiecisti Schützianam coniecturam

partum audacter, quam miror placuisse Orellio. Sententia ea est, quam tu voluisti: *Omnia haec* satis *audacter transferuntur* [vel *fiunt:* quae ellipsis admodum frequens est.] *sed* etc.

Cap. 27. §. 92. mallem retinuisses lectionem *Immutata*, ut quae firmaretur etiam duobus MSS. Codd. quibus utebatur Goerenzius, quem vide ad V. de Fin. 29, 88. pag. 642. de hoc verbo disputantem. Quinctiliani loco, quem affers, parum iuvamur. — Idem quem modo laudavi Goerenzius, (ad Acad. II, 15, 47. ad II. de Fin. 9, 26. pag. 159, a.) merito adsentitur Purgoldo de his: *cuius oratio cum sedate placideque* labitur. Quam rationem fateor mihi quoque longe magis probari.

Cap. eiusd. §. 95. *latae eruditaeque disp.* Cf. Spalding. ad Quinctil. V, 14, 33.

Cap. 28. § 97. *cuius ornatum dicendi.* Erant qui omitterent *dicendi;* sed cur omiserint, videtur apparere ex iis, quae dixit Goerenzius ad I. Acad. 5, 17. pag. 29.

Cap. 29. §. 134. in ea sum sententia ut *ex ipsis, quae supra dicta sunt* legendum putem. Cf. Goerenz. ad II. de Fin. 28, 93. pag. 261, a.

Cap. 39. §. 135. unice verum est quod retinuisti *nosmetipsos.* Nam „Cicero, ubi pronomm. *ego, tu, sui* casibus obli„quis cum *met* copulatis pron. *ipse* addit, hoc semper „eodem casu ponit, quo *memet, semet,* nec usquam apud „Cic. *memet ipse* legitur, nisi e correctione Ernest. vel „aliorum, ut Or. 39, 135. Erravit in hoc etiam Beier „ad Cic. Off. I. pag. 246. Nec ratione caret ille usus: „nam addita terminatione *met* vis est in pronomine. „Aliter Sallust. Liv. alii.“ Matth. ad orat. pro Mur. cap. 3. pr.

Cap. 51. §. 172. sane magis probarem *quanquam — esse debent*, quam quod aliis visum fuit *quanquam — esse debebant.* Sed non video tamen, coniunctivum *debeant* cur

mendosum dixeris: qui quum praebeatur a libris optimis et modestiae dicentis egregie conveniat, vereor magnopere ne restituendus sit. Vid. adn. ad Quinctil. Inst. Orat. X, 2, 21. et Ellendt. ad Brut. 30, 115. Nihil enim impedit, quominus illam rationem etiam in hoc verbo (*debent*) et in similibus formulis (*aequum est*, *longum est*, *possum* etc.) in eiusmodi locis, qualis hic est, statui posse credas.

Cap. 61. §. 206. probabilior est Mon. lectio *Explicandum est etiam* quam reliquorum. Sed facile adducor ut *est* illud a librariis additum credam.

Cap. 64. §. 216. *proximum superiorem.* Vid. Heindorf. ad II. de N. DD. 20, 53.

Haec habui, vir doctissime, quae tibi scriberem de libello tuo, in quo positam a te industriam spectatamque eruditionem ut mox graviores me peritioresque iudices agnoscent atque celebrabunt, ita non est cur longiore sermone tua tempora morer. Vale, vir amicissime, et me, ut facis, ama. Scr. Lipsiae Kalendis April. A. 1827.

INDEX

CODICUM ET EDITIONUM AB EDITORE COLLATARUM.

**

(Vit.) Codex Vitebergensis, membranaceus, forma quadrata. Continet Topica, de Partitione, Oratorem, de optimo genere dicendi. In fine legitur: Ego Milo De Carraria Patavus ex Magnatum genere scripsi Rome anno a nativitate Domini 1432.

(Dr.) Codex Dresdensis, membranaceus, forma maxima. Continet rhetoricos Ciceronis libros omnes.

(Mon.) Codex Monacensis, membranaceus, seculi ut fertur XVI. forma maxima. In fine Oratoris sequitur Brutus ab eadem manu scriptus sed mutilus. In Oratore lineae sunt ductae ad regendam scilicet scribae manum. In margine autem notae variae sunt adscriptae. Magnam habet cum hoc codice similitudinem Veneta 2.

(Gu. 1.) Guelferbytanus primus.

(Gu. 2.) Guelferbytanus secundus.

(Gu. 3.) Guelferbytanus tertius. — De his tribus codd. vide Schützium in Prolegomenis ad edit. maiorem.

(Vet.) Vetus codex Caroli Stephani, cuius lectiones in edit. Paris. 1555. adiectae sunt. Mutilus est ab initio, incipit demum inde a verbis cap. 26. — *multoque robustius quam hoc humile* etc. Postea transilit sine ulla nota a cap. 57. ad cap. 69 extr. Haec eadem observatio in Guelferbytanum tertium cadit, qui eodem loco et incipit et desinit, in plurimisque lectionibus illi simillimus est. Scatet autem uterque adeo vitiis et interpolationibus, ut nullum prope fructum ex iis percipias.

(Ven. 1.) M. T. Ciceronis De Oratore. De Perfecto Oratore. Topica. Partitiones. De claris Oratoribus. De Petitione consulatus. De optimo genere Oratorum. Universi operis finis per Bartholomeum Alexādrinū et Andream Asulanū impressi Venetiis a. MCCCCLXXXV. III. Nonas Martias fol.

(Kob.) Eadem editio, ab Anthonio Koberger repetita Norimbergae MCCCCLXXXXVII. Utramque contuli editionem, ne praetermitterem aliquid ex hac longe omnium praestantissima editione. Ac vidi has editiones non ubique ut vulgo putatur consentire, sed hic et illic diversas continere lectiones, nec casu solum ac temere sed consilio. Sic ut uno utar exemplo §. 148. Ven. 1. *deducebantur* praebet, Kob. *dicebantur*.

(Med.) Ciceronis Opera Mediolani MCCCCLXXXX.

(Ven. 2.) Orator. De fato. Topica et de Universitate per Bonetum Locatellum Venetiis MCCCCIXXXXII. fol.

(Asc. 1.) Opera Ciceronis Venundantur cum caeteris ab Ioanne Parvo et Iodoco Badio Paris. 1511. In aliis libris editioni Mediolanensi est simillima: in aliis ut in Somnio Scipionis valde est dissimilis. Huius ego editionis mentionem feci raro, quia cum Mediolanensi in plerisque locis Oratoris consentit.

(Ald. 1.) Aldina 1514.

(Iu. 1.) Iuntina 1514.

(Tul.) Orator ad M. Brutum ed. Hermannus Tulichius Lipsiae 1515. 4.

(Asc. 2.) Opera Ciceronis Lutetiae Parisiorum apud Iodocum Badium Ascensium 1522. Hoc vero signum *Asc.* interdum posui, et prima et secunda simul Ascensiana intellecta: fit enim hoc ubi consentit utraque. — Hanc imitatur Cratandrina maxime.

(Iu. 2.) Iuntina 1526. Ubi consentit utraque, et Iuntina 1. et Iuntina 2., *Iuntt.* vel simpliciter *Iu.* posui.

(Crat.) Cratandrina Basil. 1528.

(Ald. 2) Aldina 1533. Prior Aldina multo est praestantior, haec interpolationibus est insignis. — Ubi utraque consentit in lectione, *Aldd.* posui.

Gryph. 1.) Orator cum Victoris Pisani commentario. Lugduni apud Seb. Gryphium 1536. 4.

(Vict.) Ciceronis Opera ed. P. Victorii Venetiis 1537.

(Gryph. 2.) Orator Parisiis apud Franciscum Gryphium 1542. 4.

(Man.) Manutiana Venetiis. 1550.

(Steph.) ed. Car. Stephani Paris. 1555.

(L.) ed. D. Lambini Paris. 1566.

(mg. 1578.) Ciceronis Opera cura D. Lambini Lugduni apud Petrum Santandreanum 1578.

(mg. 1584.) repetitio eiusdem editionis anni 1584. (qua usus est Orelli).

(mg. Gothofr.) Ciceronis opera cura Gothofredi, Coloniae Allobrogum 1617.

(Grut.) Gruteriana Hamburgi 1618.

(Ern.) ed. J. A. Ernesti 1777.

(Schir.) Orator ed. Schirach. Halae 1766.

(Sch. 1.) Rhetorica ed. Schütz Lips. ap. Goeschen. 1807.

(Sch. 2.) Opera omnia ed. Schütz. Lips. ap. G. Fleischer. 1815.

(Or.) Opera ed. I. C. Orelli. Turici 1826. Multa sane debemus huic viro, praeceptori meo dilectissimo, quem utilissimam et commodissimam Ciceronis instituisse editionem omnes fatentur.

(Qut.) Quinctilianus.

(Ruf.) Rufinus, grammaticus, de metris comicorum, quem vide in collectione Putschiana.

(Pomp. C. A. D.) Pompeji Commentum Artis Donati, Eiusdem in librum Donati de Barbarismis et Metaplasmis Commentariolum. acced. Ars grammatica Servii. Nunc primum edidit F. Lindemann. Lips. 1820.

(I. Vict.) Iuris Civilis et Symmachi Orationum Partes. *C. Julii Victoris* Ars Rhetorica (Hermagorae. Ciceronis, Quintiliani, Aquili, Marcomanni, Taciani). L. Caecilii Minutiani Apuleii Fragmenta de Orthographia curante Ang. Maio Romae 1823.

Restant alia nonnulla scripturae compendia:

add.	addit vel addunt.
om.	omittit vel omittunt, vel omittitur.
del.	delet vel delent.
suspic.	suspicio.
suspect.	suspectum.
conj.	coniectura.
prob.	probante vel probantibus.
improb.	improbante vel improbantibus.

A R G U M E N T U M.

Huius libri summum consilium hoc est, ut perfecti ab omnibus partibus et absoluti oratoris species quaedam et forma effingatur, quam intuens futurus orator, ad perfectam eloquentiam conformare orationem possit. Summa autem totius disputationis huc redit, ut orator perfectus is sit, qui tria illa dicendi genera ita habeat in potestate, ut parva summisse, modica temperate, magna graviter dicere possit. vid. c. 29. *Hanc disputationem ita instruxit, ut posito tanquam fundamento eloquentiae philosophiae studio, c.* 3. 4. *primo de tribus dicendi generibus aiat eaque occasione verum Atticum dicendi genus hoc esse agat, quod omnia apte possit eloqui, non aridum illud et ieiunum, quod quidam consectarentur c.* 5 — 9. *deinde vero tria Oratori videnda ostendat, quid, quo loco et quomodo dicat; quorum primum in inventione, alterum in dispositione, tertium in elocutione versetur c.* 10 — 18. *ac summam eloquentiae vim in elocutione positam doceat, quae tum quidem perfecta sit, cum sit ad docendum, delectandum, flectendum accommodata, h. e. tribus illis generibus commode utatur, cuiusmodi elocutio, quibus quasi signis agnoscatur et iudicetur, fuse persequitur c.* 19 — 38. *Tandem ipsa forma ac character orationis traditur, et de verborum sententiarumque luminibus c.* 39 — 40. *ac tandem de collocatione verborum c.* 44 *sqq. agat. Ea autem cernitur vel cum extrema cum primis apte cohaerent et enunciantur suavissimis vocibus; vel cum forma ipsa concinnitasque verborum conficit orbem suum, vel tertio cum periodi apte numeroseque cadunt. Itaque tandem agitur de numero, cuius origo c.* 52. *causa c.* 53. *natura c.* 53. *sq. et usus c.* 61 *sq. declaratur.*

M. TULLII CICERONIS

AD

MARCUM BRUTUM ORATOR.

1 Utrum difficilius aut maius esset negare tibi saepius
1 idem roganti, an efficere id quod rogares diu multumque, Brute, dubitavi. Nam et negare ei, quem unice diligerem, cuique me carissimum esse sentirem, praesertim et iusta petenti et praeclara cupienti, durum admodum mihi videbatur, et suscipere tantam rem, quantam non modo facultate consequi difficile esset, sed etiam cogitatione complecti, vix arbitrabar esse eius, qui vereretur reprehen-

Ad M. Brutum Orator.] *Orator ad Brutum.* Vit. Mon. — *Orator vel de optimo genere dicendi ad Brutum* Gu. 1. *Ciceronis de optimo genere dicendi ad M. Brutum* Gu. 2. *de perfecto Oratore ad M. Brutum.* Ven. 1. Med. Codex Dresdensis caret inscriptione. Cicero ipse librum suum *Oratorem* appellat. Epist. ad Famil. IV, 1 De divinat. II, 1. Quinctilianus ceterique fere omnes grammatici idem ei tribuunt nomen. Priscianus Lib. XII. p. 949. Putsch. semel laudat: *Cicero de Oratore.* Nonius Marcellus voce *ingressus*: *Cicero in Oratore perfecto.*

1. 1. *difficilius aut maius*] *ac maius* Ven. 2. Tul. *an maius* Mo Steph. in Append. Lectt. p. 172.

diu multumque] *diu multoque* Dr.

Brute, dubitavi] laudantur a Quinctil. IX, 4, 101.

vix arbitrabar] *vix arbitrarer* Ven. 1. Med.

esse eius] *eius esse*, Lamb.

prudentium] *prudentum* Ven. 1. Med. Tul. Conf. infra c. 53. *prudentium.* 68. *loquentium.* Utraque forma bona est, neque interest aliquid. Varro de l. lat. Lib. VIII. 37. p. 440. ed. Spengel.: „*Quae esset analogia, negant ullum casum duobus modis debuisse dici, qui fit contra. Nam sine reprehensione volgo alii dicunt in singulari hac Ovi et Avi, alii hac Ove et Ave. In multitudinis hae Puppis, Re*

sionem doctorum atque prudentium. Quid enim est maius, quam, cum tanta sit inter oratores bonos dissimilitudo, iudicare, quae sit optima species et quasi figura dicendi? Quod quoniam me saepius rogas, aggrediar, non tam perficiundi spe quam experiundi voluntate. Malo enim, cum studio tuo sim obsecutus, desiderari a te prudentiam meam quam, si id non fecerim, benivolentiam. 2

Quaeris igitur idque iam saepius, quod eloquentiae 3
genus probem maxime, et quale mihi videatur illud, cui nihil addi possit, quod ego summum et perfectissimum iudicem. In quo vereor, ne, si id quod vis effecero, eumque oratorem quem quaeris expressero, tardem studia multorum, qui desperatione debilitati experiri id nolent, quod se assequi posse diffidant. Sed par est omnes 4
omnia experiri, qui res magnas et magno opere expetendas concupiverunt. Quod si quem aut natura sua aut illa

---

tis, et hae Puppes, Restes. Item quod in patrico casu hoc genus dispariliter dicatur Civitatum, Parentum, et Civitatium, Parentium: in accusandi hos Montes, Fontes, et hos Montis, Fontis.“

2. *cum tanta sit*] *sit* om. Dr. Gu. 3.

perficiundi — experiundi] Vit. et Dr. Gu. 2. 3. Aldd. Crat. Vict. Man. Gryph. 1. Sch. 2. — *perficiendi — experiundi* Ven. 1. 2. Med. — *perficiendi - experiendi* L. Or. In his duobus verbis antiquior gerundii forma in optimis codd. Cicer. constanter exhibetur.

studio tuo] om. *tuo* Mon.

benivolentiam] *benevolentiam* Cr. Vict. L., quam scribendi rationem ex auctoritate veterum librorum improbat Dausquius h. v. quanquam Quinct. 1, 5, 68. aliter sentit, cum dicat: „*Iunguntur autem vocabula aut ex duobus Latinis integris aut ex integro et corrupto, ut malevolus.*“

3. *idque iam saepius*] *id quod iam s.* Med. Ven. 2. Tul.

cui n. a. possit] *quo* Dr. Ven. 1. 2. — *quoi* Tul. — *cui nihil addi potest* Viteb.

id quod] om. *id* Mon.

id nolent] Dr. Mon. Aldd. Juntt. Sch. 2. Or. om. *id* Med. *id nolint* Vit. Gu. 2. Sch. 1. om. *id* Ern. *experiri volent* Ven. 1.

se assequi] om. *se* Mon.

4. *par est omnes omnia experiri.*] *omnis* Vict. Lamb. Cr. et sic in omnibus locis. *omnia omnibus exp.* Vit., in marg. autem *omnes.*

magno opere] Vict. Grut. Ern. Sch. Or. — *magnopere* Vit. et Dr. Gu. 2. 3. Ven. 1. 2. Med. Asc. I. et II. Tul. Cr. Aldd. Lamb. — v. §. 151.

concupiverunt] *concupivere.* Lamb. De his duabus formis ita disputat Pomp. C. A. D. pag. 311.: „*Legerunt, alia est forma legere. Metrorum causa. Quoniam sunt aliqua ubi exigatur brevis syllaba, aliqua ubi longa, ideo duplicem regulam fecerunt. Tamen*

praestantis ingenii vis forte deficiet, aut minus instructus erit magnarum artium disciplinis: teneat tamen eum cursum, quem poterit. Prima enim sequentem honestum est in secundis tertiisque consistere. Nam in poëtis non Homero soli locus est (ut de Graecis loquar) aut Archilocho aut Sophocli aut Pindaro, sed horum
5 vel secundis vel etiam infra secundos. Nec vero Aristotelem in philosophia deterruit a scribendo amplitudo Platonis, nec ipse Aristoteles admirabili quadam scien-
2 tia et copia ceterorum studia restinxit. Nec solum ab optimis studiis excellentes viri deterriti non sunt, sed

---

quantum ad sensum pertinet, hoc significat Legerunt quod Legere." —

vis forte deficiet, aut minus] vis forte destituet deficiet aut Vit.: in marg. aut additum est, ut inseratur inter destituet deficiet. — minus si instructus Sch. 2.

in secundis tertiisque] in secundis ceterisque Vit. Leguntur nostra ap. Quinct. XII, 11, 26.

nam in poetis non Homero soli locus est] an in poetis non Homero s. Vit. Dr. Ald. 1. Junt. 1. Vict. — an in poetis Homero soli Ven. 1. 2. Med. Tul. an in poetis aut Archilocho? aut Sophocli? aut Pindaro (om. cett.) Mon. — an in poetis nisi Homero soli — Pindaro et non horum etc. Ald. 2. — non enim in poetis Homero soli l. e. Asc. 2. Cr. Tuentur autem nostram lect. Gu. 2. 3. Junt. 2. Lamb. Man. Grut. Ern. Or.

vel secundis] vel om. Dr. Gu. 2. — in secundis Ven. 1. Tul. Asc. Med.

5. Aristotelem] Aristotelen Dr.

restinxit] restrinxit Vit. a 2da m. Dr. Ven. 2. Kob. Tul.

Cap. 2. deterriti non sunt] Conj. Schütz deducti. Ern. delet non. (V. Schell. Observatt. p. 34.) qua in re fallitur; nam nego, Ciceronem uno vel altero dicendi modo temere fuisse usum: imo sentio, hanc rem certae et constanti legi esse subjectam, multumque interesse, utrum non modo non sed ne-quidem an non modo-sed ne-quidem sit ponendum. Si enim verbum illud, ad quod secundum non in locutione non modo non pertinere debet, in priore jam enuntiatione sive membro prolatum est, tum necessario non modo non ponendum erit. nam cum alterum non omittis, caret sane tota sententia sensu. Contra si illud vocabulum ad quod non pertinet, in sequenti demum membro, ubi ne-quidem inest, affertur, tum in priori membro non modo non falsum esset, quia alterum non nihil haberet ad quod referretur. Sic in nostro loco aut dicere poterat auctor: nec solum ab optimis studiis e. viri deterriti non sunt, sed ne opifices quidem se artibus suis removerunt aut nec solum ab o. studiis e. viri sed etiam opifices ab artibus suis deterriti non sunt aut (id quod idem fere valet) nec solum ab o. studiis e. viri sed ne opifices quidem ab a. suis deterriti sunt. At nullo modo scripsisset Cicero: nec solum ab o. studiis e. viri deterriti sunt, sed ne opifices quidem se artibus suis removerunt. Sic in ep. ad Attic. X, 4.

ne opifices quidem se artibus suis removerunt, qui aut Ialysi, quem Rhodi vidimus, non potuerunt aut Coae Veneris pulchritudinem imitari. Nec simulacro Iovis Olympii aut Doryphori statua deterriti, reliqui minus experti sunt, quid efficere aut quo progredi possent: quorum tanta multitudo fuit, tanta in suo cuiusque genere laus, ut, cum summa miraremur, inferiora tamen probaremus. In oratoribus vero, Graecis quidem, ad- 6
mirabile est, quantum inter omnes unus excellat. Ac tamen, cum esset Demosthenes, multi oratores magni et clari fuerunt, et antea fuerant, nec postea defecerunt. Quare non est, cur eorum, qui se studio elo-

———

„*horum ego summorum imperatorum non modo res gestas non antepono meis, sed ne fortunam quidem ipsam*" aut sic scribere debebat, aut „*horum ego summorum imperatorum non modo res gestas, sed ne fortunam quidem ipsam antepono meis gestis atque meae fortunae.*" Secundum priorem rationem *non modo - non* scribere necesse erat, secundum alteram *non modo* scribi lex erat. ibid. X, 8. „*et regnum non modo Romano homini, sed ne Persae quidem cuiquam tolerabile.*" aeque male in h. l. corrigeret aliquis: *regnum non modo non Romano homini, sed ne Persae quidem cuiquam tolerabile*, ac si diceret: *regnum non modo Romano homini tolerabile, sed ne Persae quidem cuiquam ferendum.* nam in priore exemplo bis posuisset negationem, ubi semel eam addere sat erat. in secundo exemplo omisisset negationem, quae nullo modo omitti poterat. Scio tamen, multos esse in vulgatis Cic. edd. locos, ex quibus talia comprobari possent: cum autem vel codices vel editiones vetustissimas accurate contuleris, in meliorem ac veriorem lectionem semper fere incides.

artibus suis removerunt] Lamb. *ab artibus.* Sed confer. Ruhnk. ad Vellei. II, 32, 5.

aut Jalysi] *Hyalisi* Ven. 1. Med. Cr. — *aut hiliasi* Vit. *Jalizi* Steph. App. LL.

aut Coae Veneris] *aut tue veneris.* Dr. *choe* Mon.

Olympii aut Doryphori] *olympii aut dorici ei statua* Vit. *Olympi Kob.*

quid] *quod* Mon.

miraremur] *miremur* Kob.

6. *in oratoribus vero*] *in orationibus vero* Dr. — *in oratoribus autem.* Guelf. 2. *vero* del. Goerz (de fin. I, 19) Sch. Or.

Graecis quidem] *quiddam.* Man.

excellat] *excelleat* Cod. Car. Langii et h. l. et infra §. 134. *non quod sola ornent sed excelleant.* Priscian. p. 838 et 896 Put. ex epist. quadam Cicer. ad M. filium laudat: *quare effice et elabora ut excelleas.* V. Car. Lang. in Schotti Obss. p. 442.

Ac tamen] Dr. Guelf. 2. 3. Mon. Med. Sch. 2. Or. — *Attamen* ceteri.

Demosthenes] *Demostenes* Vit. et sic in omn. loc.

qui se studio e. d.] *qui studio el. se d.* Guelf. 2. Sch.

quentiae dediderunt, spes infringatur aut languescat in-
dustria. Nam neque illud ipsum, quod est optimum,
desperandum est, et in praestantibus rebus magna sunt
7 ea, quae sunt optimis proxima. Atque ego in summo
oratore fingendo talem informabo, qualis fortasse nemo
fuit. Non enim quaero, quis fuerit, sed quid sit illud,
quo nihil possit esse praestantius, quod in perpetuitate
dicendi non saepe, atque haud scio an unquam, in
aliqua autem parte eluceat aliquando, idem apud alios
8 densius, apud alios fortasse rarius. Sed ego sic statuo,
nihil esse in ullo genere tam pulchrum, quo non pul-
chrius id sit, unde illud ut ex ore aliquo quasi imago
exprimatur, quod neque oculis neque auribus neque
ullo sensu percipi potest, cogitatione tantum et mente
complectimur. Itaque et Phidiae simulacris, quibus ni-
hil in illo genere perfectius videmus, et his picturis,
quas nominavi, cogitare tamen possumus pulchriora.

---

spes infringatur aut] *aut spes infringatur aut.* Lamb. — *infringat* codd. Grut. — *infrigat aut lang. ingustia* Dr. *spes refringat* Gu. 2.

et in praestantibus rebus] Aldd. Asc. Iunt. Lamb. Gryph. 1. recentt. — *et in praesentibus rebus* Vit. et Dr. (om. copula *et*) Ven. 1. 2. Med. Tul. Vict. Man.

7. *Atque ego*] *at ego* Asc. 2. Gryph. 1.

possit esse] *esse possit.* Dr. Guelf. 2. 3. Vict. vid. Martini-Laguna ad Cic. Ep. L. 1. ep. 4. *vellet ire.*

quod in perpetuitate] *quid* Dr.

haud scio an unquam] *an nunquam* Iunt. 2. Lamb. mg. 1584. Sch. 2. Beier ad Cic. Off. T. 2. p. 192.

eluceat] Ern. *elucet.*

8. *sic statuo*] *si statuo* Vit.

pulchrum] *pulcrum* Gu. 2. 3. cf. c. 48.

illud, ut ex ore aliquo quasi imago] *et ex ore* Dr. — *illud ex ore aliquo quasi potest et imago* Ven. 2. — *quasi et imago* Ven. 1.

percipi potest] *percipi possit* Vit.

cogitatione] Sch. 2. *quod cogitatione.*

complectimur] *complectitur* Ven. 2. Tul.

Phidiae] *fidiae.* Dr. Conf. Pompei C. A. D. p. 322. „*Item tres consonantes non inveniuntur et duae graecae v et ζ. F non invenitur. Idcirco errant qui sic scribunt triumfo per f. Nam necesse est, ut literam illam Graecam cum volueris exprimere, per p et h et o scribas. Filippus* (*l.* Φίλιππος) *per φ scribunt. Latine si volueris scribere, per p et h scribas.*“ — Inf. §. 79.

videmus] *vidimus* Ven. 1. 2. Med. Tul.

his picturis] *iis p.* Gryph. 2. Mon.

cogitare tamen possumus] *cogitari* Kob. *possimus* Dr.

pulchriora] *meliora* Gu. 2. *pulchriores* mg. Gothofr.

Nec vero ille artifex, cum faceret Iovis formam aut 9
Minervae, contemplabatur aliquem, e quo similitudinem duceret, sed ipsius in mente insidebat species pulchritudinis eximia quaedam, quam intuens in eaque defixus ad illius similitudinem artem et manum dirigebat. Ut igitur in formis et in figuris est aliquid perfe- 3
ctum et excellens, cuius ad cogitatam speciem imitando referuntur ea, quae sub oculos ipsa non cadunt: sic

---

9. *Nec vero*] om. *vero* Mon.
aut Minervae] *ut* Kob.
sed ipsius in m.] *e quo similitudinem ipsius duceret, sed in mente.* Gryph. 2.
defixus] *difixus* Vit. *in eamque defixus* mg. 1578.

Cap. 3. *et in figuris*] Ven. 2. Tul. Ceteri om. *in* Cf. Mart. Laguna ad Cic. Ep. L. 1. 1. — „*ab ipso rege, et ab intimis ac domesticis Pompeii.* — *Ita recte libri. Nam positis duobus subjectis unius eiusdemque regiminis numquam fere semel, nisi ubi libri corrupti sunt, semper bis utitur praepositionibus a, ab, ex, e, in, de, ad, pro, ob, quod innumeris in locis, adhibitis libris optimis ac praestantiss., perspectum in toto Cic. nobis est. V*, 2. *init.* — *ut ego urbem a domesticis insidiis et ab intestino scelere, tu Italiam ab armatis hostibus et ab occulta coniuratione defenderes.* — Sic enim scrib. VII, 26. extr. *a beta et a malva, ubi duo libri a utrobique vitium passi priori tantum loco exhibent. Aliam rationem sequitur, cum duabus vocibus, altera propria, altera figurata, nonnisi unum subiectum exprimitur.* V. 16. (al. 15.) *encludere me a portu et perfugio videntur.*" cf. ad §. 42.
cogitatam] Vit. Dr. aliique codd. ap. Lamb. ac recentiores omnes. — *excogitatam* Ven. 1. 2. Med. Asc. Tul. Aldd. Crat. Man.
ea quae] om. *ea* Gu. 2.
ipsa non cadunt] Egregie revocavit antiquam hanc lect. Orelli. Est in Vit. Dr. Gu. 3. Mon. Ven. 1. 2. Med. Asc. Tul. Aldd. Iuntt. Man. — *ipsa cadunt* Victor. in Var. Lect. XI, 14. Lamb. recentt. omnes. Fr. Robort. Thes. Crit. P. 2. pag. 21. in Grut. Lamp. T. 2. — Cicero cum id quod supra dixerat, in summo oratore fingendo talem se informaturum esse qualis fortasse nemo fuerit, excusare velit, ita agit ut demonstret, idem cadere dictum in ceteras artes. ut enim pulcherrima Phidiae statua multo est inferior quam illius pulchritudinis species, quam in mense habuit artifex, sic oratoria artificia non imitantur imaginem eius eloquentiae, quae insidet in animo eloquentissimi hominis. In iudicunda pictura comparamus semper pulchritudinem hanc quae in figuris apparet cum illa specie pulchritudinis quae in nobis innata est, videmusque multum distare hanc ab illa. Sic perfectae eloquentiae speciem animo comprehensam habeo, oratorem autem nullum adhuc cognovi perfectum. — Si autem omiseris *non*, non video, quomodo haec duo membra *ut igitur* etc. et *sic perfectae* etc. sibi respondeant, nec quid vocab. *ipsa* sibi velit.

perfectae eloquentiae speciem animo videmus, effigiem
10 auribus quaerimus. Has rerum formas appellat ἰδέας ille non intelligendi solum, sed etiam dicendi gravissimus auctor et magister, Plato: easque gigni negat, et ait semper esse ac ratione et intelligentia contineri: cetera nasci, occidere, fluere, labi, nec diutius esse uno et eodem statu. Quidquid est igitur, de quo ratione et via disputetur, id est ad ultimam sui generis formam speciemque redigendum.

11 Ac video, hanc primam ingressionem meam non ex oratoriis disputationibus ductam sed e media philophia repetitam, et eam quidem cum antiqnam tum subobscuram aut reprehensionis aliquid aut certe admirationis habituram. Nam aut mirabuntur, quid haec pertineant ad ea, quae quaerimus, quibus satisfaciet res ipsa cognita, ut non sine causa alte repetita videatur; aut reprehendent, quod inusitatas vias indagemus,

---

effigiem auribus quaerimus] *efficiem a nobis quaerimus.* Vit.
10. *ἰδέας*] Or. Ceteri *ideas.*
et magister] om. Kob. Med.
et ait semper] *et aut semper* Dr.
intelligentia] *diligentia* Mon.
occidere] *concidere* Mon.
uno et eodem] om. *et* Kob.
ad ultimam] *ad utilitatem* Dr.
11. *Ac video*] *ac judico* Vit.
ex oratoriis] Strebaeus. Gron. ad Cic. Brut. c. 89, 305. Schir. Sch. Or. — *oratoris* Dr. Nonius s. v. *ingressus.* plurimaeque edd. — *ex oratorum* Vit. Vide ad cap. 19. *aculeos oratorios.*
sed e media] *sed de media* Nonius ap. Perotti Cornucop. Basil. 1536.
cum antiquam tum subobscuram] *tum antiquam tum s.* Vit. Dr. Gu. 3. Med. Sch. 2. — *tum antiquam cum s.* Ven. 1. Quamvis sit difficile, hanc locutionem *cum-tum* accurate describere, tamen in ea re aliquid quod in universum tenendum sit, potest constitui. Vis enim nativa particulae *cum* certam aperire videtur viam. *Cum-tum* iis in locis dicitur, ubi prius membrum causam continet eius quod in secundo membro enunciatur. Ubicumque igitur duo membra ita sunt comparata, ut praecedens alterius quasi causa cogitari possit, cum particulis *cum-tum* non cum *tum-tum* junguntur. Sic in nostro l. haec ratio valet *cum antiquam tum subobscuram* i. e. *quia antiqua est disputatio mea, est subobscura.*
quid haec] *ad quid haec pertineant. ad ea q.* Vit. 2da m.
ut non] *et non* Kob.
aut reprehendent quod i. v. indagemus] *aut reprehendet* Vit. Ven. 2. — *aut reprehendant quod i. v. indagamus* Med. Tul. Kob., qui tamen *indigamus* expressit. — *indagamus* Ven. 1. — *quid i. v.* Vit.

tritas relinquamus. Ego autem et me saepe nova videri dicere intelligo, cum pervetera dicam, sed inaudita plerisque: et fateor, me oratorem, si modo sim aut etiam quicumque sim, non ex rhetorum officinis sed ex Academiae spatiis extitisse: illa enim sunt curricula multiplicium variorumque sermonum, in quibus Platonis primum sunt impressa vestigia. Sed et huius et aliorum philosophorum disputationibus et exagitatus maxime orator est et adiutus. Omnis enim ubertas et quasi silva dicendi ducta ab illis est, nec satis tamen instructa ad forenses causas: quas, ut illi ipsi dicere solebant, agrestioribus Musis reliquere. 12
Sic eloquentia haec forensis spreta a philosophis et repudiata multis quidem illa adiumentis magnisque caruit, sed tamen ornata verbis atque sententiis iactationem habuit in populo, nec paucorum iudicium reprehensionemque pertimuit. Ita et doctis eloquentia popularis et disertis elegans doctrina defuit. 13

Positum sit igitur in primis, (quod post magis intelligetur) sine philosophia non posse effici, quem quaerimus, eloquentem: non ut in ea tamen omnia sint, sed ut sic adiuvet ut palaestra histrionem. parva enim magnis saepe rectissime conferuntur. nam nec latius 4 14

---

12. *cum pervetera*] *quom* Ven. 2. Tul.
quicunque sim] *quicquid sim* Ven. 1. Med.
non ex rhetorum officinis etc.] Laudantur a Quinctil. XII, 2, 23. Auctor de caus. corr. eloq. c. 32.
illa enim sunt] *sunt enim* Beier ad Cic. Offic. T. 2. p. 296.
multiplicium] *multiplicum* Vit. Dr. Mon.
sunt impressa] Vit. Dr. Gu. 2. 3. Mon. Ven. 1. 2. Med. Asc. Cr. Ald. Tul. Lamb. Vict. Or. — *impressa sunt* Junt. Man. Ern.
sed et huius] *et* om. Ven. 2.
nec satis tamen] *tamen satis* Ven. 2. Tul.
forenses] *forensis* Lamb.
reliquere] Vit. — Ceteri *reliquerunt*.
13. *multis quidem illa*] *multis quidem iam* Vit.
iactationem] *iactionem* Dr.
iudicium reprehensionemque] *iudicium iactationemque* Vit.
Cap. 4. 14. *intelligetur*] *intelligitur* Ven. 1. Med.
omnia sint] *sint omnia* Lamb.
ut sic] *sic* om. Ven. 1. Med.
nec latius nec copiosius] *neque latius atque copiosius* Dr. Gu. 2. — *nec latius atque c.* Vit. — *nec lat. neque c.* Kob.

nec copiosius de magnis variisque rebus sine philoso-
15 phia potest quisquam dicere, siquidem etiam in Phaedro Platonis hoc Periclem praestitisse ceteris dicit oratoribus Socrates, quod is Anaxagorae physici fuerit auditor: a quo censet eum, cum alia praeclara quaedam et magnifica didicisset, uberem et fecundum fuisse, narumque (quod est eloquentiae maximum) quibus orationis modis quaeque animorum partes pellerentur. Quod idem de Demosthene existimari potest, cuius ex epistolis intelligi licet, quam frequens fuerit Platonis auditor.
16 Nec vero sine philosophorum disciplina genus et speciem cuiusque rei cernere, neque eam definiendo explicare, nec tribuere in partes possumus; nec iudicare, quae vera, quae falsa sint; neque cernere consequentia, repugnantia videre, ambigua distinguere. Quid dicam, de natura rerum, cuius cognitio magnam orationis suppeditat copiam, de vita, de officiis, de virtute, de moribus sine multa earum ipsarum rerum disciplina aut

---

15. *si quidem — dicit*] *dicat* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. Junt. — *si quid* Kob. *a Phaedro* Kob. — *Periclen* Dr. Gu. 3. Qut. XII, 2, 22. „*Siquidem et Periclem — Anaxogorae physici constat auditorem fuisse et Demosthenem, principem omnium Graeciae oratorum, dedisse operam Platoni.*" V. Plat. Phaedr. p. 87. Bekk.
didicisset] *dedicisset* Dr. — *didicisse, tum uberem* Sch.
fecundum] *secundum* Kob. — *facundum* Ven. 2. Tul.
narumque] Sic unus Lamb. cf. c. 47. Schneider Lat. Gr. I, 2. p. 487.— *gnarumque* Ceteri. — *ignarumque* Junt. 1.
quod est eloquentiae] om. *est* Dr.
quibus orationis] *oratoris* Ven. 1.
pellerentur] *impellerentur* Ald. 2.
ex epistolis] *epistulis* Dr. — *exemplis* Vit. mg. *ex eptis.* V. epist. Heracleodoro inscriptam, quae est quinta in edit. Bekkeri T. V. p. 647.

16. *neque eam*] *nequam* Ven. 1. — om. *eam* Ven. 2. Tul.
partes] *partis* Crat. *neo genus tribuere in parteis* mg. Gothofr.
cernere] *censere* Mon.
orationis] Vit. Dr. Ald. 1. Ven. 2. Junt. Man. L. Or. *orationi* Ald. 2. Gryph. 2. Sch. 2. *oratoris* Ven. 1. Med. *oratori* Ern. Klein Miscell. Crit. 1. p. 504. Nostra autem lectio bene se habet neque opus est coniectura.
suppeditat] *suppetat* Vit. 1. m.
de vita, de officiis] *de officiis de vita* Dr.
multa earum ipsarum rerum] *multarum rerum* Ven. 1. Med. Asc. om. *earum* Mon.
dici] *disci* Mon.

dici aut intelligi posse? Ad has tot tantasque res adhibenda sunt ornamenta innumerabilia, quae sola tum 5
quidem tradebantur ab iis, qui dicendi numerabantur 17
magistri. Quo fit, ut veram illam et absolutam eloquentiam nemo consequatur, quod alia intelligendi alia dicendi disciplina est, et ab aliis rerum ab aliis verborum doctrina quaeritur. Itaque M. Antonius, cui vel
primas eloquentiae patrum nostrorum tribuebat aetas, 18
vir natura peracutus et prudens, in eo libro, quem unum reliquit, *disertos* ait se vidisse multos, *eloquentem* omnino neminem. Insidebat videlicet in eius mente species eloquentiae, quam cernebat animo, re ipsa non videbat. Vir autem acerrimo ingenio (sic enim fuit) multa et in se et in aliis desiderans, neminem plane,
qui recte appellari eloquens posset, videbat. Quod si 19
ille nec se nec L. Crassum eloquentem putavit: habuit profecto comprehensam animo quandam formam eloquentiae, cui quoniam nihil deerat, eos, quibus aliquid aut plura deerant, in eam formam non poterat includere. Investigemus hunc igitur, Brute, si possumus, quem nunquam vidit Antonius, aut qui omnio nullus unquam fuit: quem si imitari atque exprimere non pos-

---

posse] Sic Dr. Vit. Mon. Ven. 1. 2. Med. Asc. Ald. 1. Tul. Vict. Man. Crat. Junt. Or. — *quid de vita — posse* Ald. 2. — *potest* Lamb. ac recentt.

Cap. 5. 17. *ab iis*] *ab his* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Tul. Med. conf. supra c. 2. inf. c. 15.
dicendi numerabantur] om. *dicendi* Ven. 2. — *dinumerabantur* Vit.
quo fit] *quod* Tul.
ab aliis rerum] *ab his rerum* Vit. Ven. 2. Tul.

18. *primas eloqu. patrum*] *pr. eloquentiae partes patrum* Vit. Ven. 1. Med.
disertos ait etc.] Haec sententia laudatur de Orat. I, 21. Qut. VIII. Prooem. 13. Plin. Ep. V, 20.
re ipsa] *reapse* Lamb. marg. 1584. „Seneca Ep. 108: *Eosdem libros de Republica quum grammaticus explicuit, primum reapse dici ab Cicerone, id est, re ipsa in commentarium refert: nec minus sepse, id est, se ipse.*“ —

19. *quem nunquam*] *unquam* Kob.
imitari atque] *aut* Med. Kob.

sumus, quod idem ille vix deo concessum esse dicebat, at qualis esse debeat, poterimus fortasse dicere.

20 Tria sunt omnino genera dicendi, quibus in singulis quidam floruerunt: peraeque autem (id quod volumus) perpauci in omnibus. Nam et grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt cum ampla et sententiarum gravitate et maiestate verborum, vehementes, varii, copiosi, graves, ad permovendos et convertendos animos instructi et parati; quod ipsum alii aspera, tristi, horrida oratione, neque perfecta neque conclusa, alii laevi, et instructa, et terminata: et contra tenues, acuti, omnia docentes et dilucidiora non ampliora facientes, subtili quadam

6 et pressa oratione limati. in eodemque genere alii callidi, sed impoliti et consulto rudium similes et imperitorum; alii in eadem ieiunitate concinniores, id est, faceti, flo-

21 rentes etiam et laeviter ornati. Est autem quidam in-

---

vix deo concessum] *vix de se ipso eo concessnm* Ven. 1. Med. *concessum dicebat esse* Mon.

at] *attamen* Ven. 1. 2. Tul. Aldd. Crat. Ju. Lamb. Gryph. 1.

20. *quibus in*] om. *in* Ven. 2.

gravitate] *granditate* Sch. 2. — Laudantur haec verha a Nonio v. *grandiloquus*.

quod ipsum — terminata] *quod ipsum — terminata sunt consecuti.* Ald. 2. — *quorum ipsorum* in notis Lamb. — *in quo ipso* post Bipontinos Sch. 1.

aspera, tristi — conclusa] *aspera horrida oratione neque perfecta atque conclusa* Dr. — *aspera tristi horrida orationeque perfecta atque conclusa* Vit.

alii laevi et instructa] Sic Lamb. — *levi* Aldd. Crat. Vict. Man. — *leni* Vit. Dr. Mon. Ven. 1. 2. Tul. Med. — om. *et* Vit. — *structa* coni. Ern. Sch. Or. — Verum sensum verbi *instruendi* aperuit T. Ernesti Lex. Techn. Lat. Rhet. v. *instruere*.

et contra] *e contra* Med.

acuti, omnia docentes] *acutiora docentes* Ven. 1. Med. — *acutiora omnia docentes* Tul.

pressa oratione limati] *pressa ratione limati* Ven. 1. 2. Tul. — *pressa ratione limata.* Kob. Med. — *pressa oratione limata* Dr. Gu. 1. 2. — *pressa oratione et limata* Lamb.

Cap. 6. *consulto*] *inconsulti* Vit. — *in consilio* Dr. — *inconsulto* Ven. 1. Med. Mon.

id est] Suspect. Sch.

laeviter ornati] Sic scripsi. *leviter* Vit. ac recentt. *leniter ornati* Dr. (om. *et*) Ven. 1. 2. Med.

21. *quidam interiectus inter hos, medius*] Ven. 2. Ald. 2. Tul. Man. Lamb. Ern. Or. atque Nonius v. *cinnus* — *interiectus intermedius* Vit. Dr. Ven. 1. Junt. Ald. 1. Crat. Med. — *quiddam* Dr.

teriectus inter hos, medius et quasi temperatus, nec acumine posteriorum nec fulmine utens superiorum, ut cinnus amborum, in neutro excellens, utriusque particeps, vel utriusque (si verum quaerimus) potius expers. Isque uno tenore, ut aiunt, in dicendo fluit, nihil afferens praeter facilitatem et aequabilitatem, aut addit aliquos ut in corona toros, omnemque orationem ornamentis modicis verborum sententiarumque distinguit.
Horum singulorum generum quicumque vim in singulis 22
consecuti sunt, magnum in oratoribus nomen habuerunt. Sed quaerendum est, satisne id quod volumus effecerint.

Videmus enim fuisse quosdam, qui iidem ornate et 7
graviter, iidem versute et subtiliter dicerent. Atque utinam in Latinis talis oratoris simulacrum reperire possemus! esset egregium non quaerere externa, domesticis

---

temperatus] *temperandus* Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul.
nec fulmine] *flumine* ap. Nonium, Ern.
ut cinnus] Sic Mon. a 1. m. om. *ut*. 2 da habet *vicinus*. Cuius autem codicis et Nonii auctoritas plurimum valere debet ac praesertim in tali re; ubi elegans et exquisitissima locutio contra tritum quoddam pugnat dicendi genus. Nemo autem putabit, vocabulum *vicinus* si verum esset, unquam fuisse in alterum *ut cinnus* mutatum. contra *ut cinnus* librarium facile in errorem inducere poterat, ita ut *vicinus*, frequens vocabulum, legeret. in scriptura enim utrumque valde consimile est. *ut cinnus* Vict. Camer. L. Ern. Schir. *vicinus* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Asc. Aldd. Tul. Ju. Sch. Or.
in neutro] *an neutro* Dr. — *neutro* ap. Non.
expers] *expars* Vit. cf. inf. c. 21. *tripartitae*. Schneid. L. G. 1. p. 9. Spald. ad Qut. T. 1. p. 583.
facilitatem et aequabilitatem] *facultatem et aequabilitatem* Dr. — *facultatem et equalitatem* Vit. Ven. 1. 2. Med. Asc. 2. Tul. Aldd. Crat. Vict. Lamb. — De confusione v. *facultas* et *facilitas* Spald. agit ad Qut. T. 2. p. 48. De significat. vocab. v. Ern. Lex. Rhet. v. *facilis*.
aliquos ut in] om. *ut* Dr.
ut in corona] al. ap. Asc. 2. *Coryna*.
toros] *choros* Mon.
22. *vim in singulis*] Sic Vit. Constructio autem verborum haec est: quic. in sing. horum s. generum cons. s. vim. — Opponitur autem is orator, qui non in uno tantum genere dicendi floruit, sed in omnibus simul maximam consecutus est vim. *singulis* edd. prope omnes. — *singuli* coni. Sch. 2. Le Clerq. Or.
Cap. 7. *id quod volumus*] om. *quod* Dr.
iidem — iidem] *idem — idem* Ven. 1. 2. Med. Cf. Lips. Var. L. 3, 29.
ornate et] Vit. Lamb. — *ornate ac* Ceteri. *atque* Mon.
externa] *hesterna* Ven. 1.

23 esse contentos. Sed ego idem, qui in illo sermone nostro, qui est expositus in Bruto, multum tribuerim Latinis, vel ut hortarer alios, vel quod amarem meos, recordor longe omnibus unum anteferre Demosthenem, qui vim accommodarit ad eam, quam sentiam, eloquentiam, non ad eam, quam in aliquo ipse cognoverim. Hoc nec gravior extitit quisquam, nec callidior, nec temperatior. Itaque nobis monendi sunt ii, quorum sermo imperitus increbuit, qui aut dici se desiderant Atticos, aut ipsi Attice volunt dicere, ut mirentur hunc maxime, quo ne Athenas quidem ipsas magis credo fuisse Atticas: quid enim sit Atticum, discant, eloquentiamque
24 ipsius viribus, non imbecillitate sua metiantur. Nunc enim tantum quisque laudat, quantum se posse sperat imitari. Sed tamen eos studio optimo, iudicio minus

---

23. *in illo*] om. *in* Mon.
tribuerim] *tribuerem* Vit. Ven. 1. 2. Med. Tul. Junt.
recordor longe] *me longe* Gothofr.
qui vim accommodarit ad] *unumque accommodare ad* Vit. — *quem vim accommodare ad* Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. *quam vim* Mon.
ad eam quam] vides, septem verba deinceps insuavissima syllaba finiri. §. 39. *haec tractasse Thrasymachum Chalcedonium primum et Leontinum ferunt Gorgiam, Theodorum inde Byzantium.* §. 41. *loquens Socrates. Adolescens.* de Orat. 1. §. 16. *quis non iure miretur, ex omni memoria aetatum, temporum, civitatum tam exiguum oratorum numerum inveniri?* V. Orelli. ad Plancian. p. 158.
cognoverim] *cognorim* Lamb. mg. 1584.
extitit] Sic edd. antiq. omnes, et hac utuntur in similibus vocabulis scriptura. — *exstitit* recentt. Reiiciunt autem hanc geminationem literae *s* Priscian. p. 558. et 995. Velius Long. p. 2226. Quint. 1, 7, 4.
temperatior] *temperantior* Mon.
sunt ii] *hi* Vit.
increbuit] Vit. Ven. 1. Med. Aldd. Junt. Crat. Man. Or. — Vid. Buttm. in Add. ad Spald. Quint. T. 4. p. 714. — *increbruit* Dr. Ven. 2. Tul. Lamb. Sch. conf. ad cap. 20. Utraque forma in usu fuisse videtur. Ac fortasse utramque usurpavit Cicero. ubique enim ad voluptatem aurium scripsit. Cum enim acriorem flagitabat oratio sonum, asperas elegit verborum formas. alioqui mollem potissimum et gratum sonitum coniectabatur tanquam Isocratis aemulus.
desiderant Atticos] *desiderant antiquos Atticos* Ven. 1. 2. Med. — Calvum significat Cicero. v. Brut. 82.
quo ne Athenas quidem] *quo Athenas quidem ipsas magis non credo f. A.* Vit. Ald. 2. — *quo Athenas quidem i. m. c. f. A.* Dr. Guelf. 1. Mon. Ven. 1. 2. Tul. Ald. 1. Junt. Crat. Vict. Man.
imbecillitate sua] *imbecilitate non metiantur* Dr.

firmo praeditos, docere, quae sit propria laus Atticorum, non alienum puto.

Semper oratorum eloquentiae moderatrix fuit au- 8
ditorum prudentia. Omnes enim, qui probari volunt,
voluntatem eorum qui audiunt intuentur, ad eamque
et ad eorum arbitrium et nutum totos se fingunt et ac-
commodant. Itaque Caria et Phrygia et Mysia, quod 25
minime politae minimeque elegantes sunt, ascivere
aptum suis auribus opimum quoddam et tanquam adipa-
tae dictionis genus, quod eorum vicini non ita lato
interiecto mari Rhodii nunquam probaverunt, Graeci
multo minus, Athenienses vero funditus repudiaverunt:
quorum semper fuit prudens sincerumque iudicium, ni-
hil ut possent nisi incorruptum audire et elegans. eo-
rum religioni cum serviret orator, nullum verbum inso-
lens, nullum odiosum ponere audebat. Itaque hic, quem 26
praestitisse diximus ceteris, in illa pro Ctesiphonte ora-
tione longe optima summissius a primo, deinde, dum
de legibus disputat, pressius, post sensim incedens, iudi-

Cap. 8. 24. *auditorum*] *auditoris* Ven. 2. Tul.

25. *ascivere aptum*] Sic gratiore sono ex 2 edd. Nonii Venet. 1496. et Paris. 1511. Ceterum Nonius v. *adipatum*: *Ascivere suis artibus opimum quoddam et tanquam adipatae dictionis genus.*

opimum] *optimum* Dr. Ven. 1.

adipatae] Nonius. Ven. 2. Ald. Vict. Man. Grut. *adipale* Dr. Gu. 1. 2. Ven. 1. Med. Asc. Ju. Cr. Steph. Sch. Or. *tanquam opipar dictionis* Vit. *adipatum* L. Multum apud me Nonii valet testimonium. Videmus autem, ab negligenti librario, literam *t* non accurate exprimente, vitium esse ortum. nam *adipate*, ut in codice scribitur, non multum differt ab *adipale*. Accedit quod vocab. *adipale* nulla certa firmatur auctoritate, *adipatum* ab optimis grammaticis laudatur. Vid. Forcell. Lex. Nil monetur e cod. Mon. quare non temere suspicor, ibi legi *adipate*.

Graeci multo] Grut. Ern. Or. *Graecia multo* Sch. 2. *Graeci autem multo* Vit. Ven. 1. 2. Med. Tul. Ald. Cr. Vict. L. Man. *Graecia autem multo* Dr. Gu. 2. Sed profecto vehementer languet h. l. part. *autem*.

audebat] *studebat* Koberg.

26. *Ctesiphonte*] *Cthesifonte* Vit.

summissius — pressius] Intell. *locutus est*. — *summissus — pressus* Ern. Sch. Or. ex coni.

sensim incedens] *sensim incendens iudices* Gu. 2. Mon. Oxon. Gryph. 1540. Sch. 2. Or. — *incendens* coniectura est eius qui vicino vocabulo *ardentes* simile quiddam adaptare studebat. Inest autem gradatio

ces ut vidit ardentes, in reliquis exultavit audacius. Ac
tamen in hoc ipso diligenter examinante verborum omnium
pondera reprehendit Aeschines quaedam et exagitat, illu-
densque dira, odiosa, intolerabilia esse dicit. Quin etiam
quaerit ab ipso, cum quidem eum belluam appellet,
utrum illa verba an portenta sint: ut Aeschini ne De-
27 mosthenes quidem videatur Attice dicere. Facile est enim
verbum aliquod ardens (ut ita dicam) notare, idque re-
stinctis iam animorum incendiis irridere. Itaque se pur-
gans iocatur Demosthenes, negat in eo positas esse for-
tunas Graeciae, hoc an illo verbo usus sit, huc an illuc
manum porrexerit. Quonam igitur modo audiretur
Mysus aut Phryx Athenis, cum etiam Domosthenes exa-
gitetur ut putidus? Cum vero inclinata ululantique voce

---

venustissima in verbis nostris, quae per quatuor gradus progreditur. Primo summissus est orator, tum premere incipit, mox instat acrius, postremo exultat audacius.

ardentes] *ardentis* Vit.

Ac tamen] *attamen* Vit. Mon. L.

examinante] *examinans* Asc. Ju. Crat.

illudensque] *illudens quae* Melanchthon.

dira] Ven. 1. Med. Ern. Sch. Or. — *dura* ceteri.

cum quidem] *quidam* Tul.

belluam] *beluam* Vit. Vict. cf. Schneid. L. G. 1. p. 409.

verba an portenta] Cf. Plin. Ep. IX, 26, 8. Aeschin. p. 557. Reisk. 27. *aliquod*] *aliquando* Mon.

Demosthenes] π. τ. στεφάνου p. 272. Bekk.

restinctis iam] om. *iam* Dr.

negat in eo positas esse f.] *negat in eos positas f.* Med. Tul. *in eos* Ven. 1. — om. *esse* Kob. — *negat vero positas fort. Graeciae in hoc: in eum huc* etc. Ven. 2,

hoc an illo verbo] Sch. Or. *in hoc in eum huc an illuc manum p.* Vit. Ven. 1. Med. Tul. Cr. L. Vict. Man. *in hoc in enim huc an illuc* Dr. *hoc an illud, huc an illuc* Ald. 2. — om. *in hoc in eum* Camer. *in hoc eum huc an illuc* Grut. Ern. *hoc an illud verbum dixerit, huc an illuc* Gryph. 2. *illud an hoc dictum, huc an illuc* Schir. *hoc an illud locutus sit* mg. 1584. Corruptio loci inde fluxit, quod aberravit librarius ab uno *hoc an* statim ad alterum *huc an* omissis mediis. Potest vero suppleri locus aut ex Ambros. Comment. in Lucam. II, 2, ut ipse feci, aut ex Augustin. contr. Crescon. L. II. init. „*Cum tamen ei nonnullam locutionis insolentiam obiecisset Aeschines, negavit ille, in eo positas esse fortunas Graeciae, illone an illo verbo usus fuerit, et huc an illuc marum porrexerit.*"

Mysus aut] *Mysius* Ven. 1. Med. Tul. Crat. *ut* Dr.

exagitetur ut putidus] Nonius v. *putidus*: *agitetur putidus.* — *putridus* Ven. 1. Med.

ululanti] *hululanti* Ven. 2. Tul.

more Asiatico canere coepisset, quis eum ferret? aut quis
potius non iuberet auferri?

Ad Atticorum igitur aures teretes et religiosas qui 9
se accommodant, ii sunt existimandi Attice dicere.
Quorum genera plura sunt; hi unum modo quale sit 28
suspicantur. Putant enim qui horride inculteque dicat,
modo id eleganter enucleateque faciat, eum solum Attice
dicere. Errant, quod solum: quod Attice, non fallun-
tur. Istorum enim iudicio si solum illud est Atticum, 29
ne Pericles quidem dixit Attice, cui primae sine contro-
versia deferebantur. qui si tenui genere uteretur, nun-
quam ab Aristophane poeta fulgere, tonare, permiscere
Graeciam dictus esset. Dicat igitur Attice venustissimus
ille scriptor ac politissimus Lysias, (quis enim id possit
negare?) dum intelligamus hoc esse Atticum in Lysia,
non quod tenuis sit atque inornatus, sed quod nihil ha-
beat insolens aut ineptum. Ornate vero et graviter et
copiose dicere aut Atticorum sit, aut ne sit Aeschines
neve Demosthenes Atticus. Ecce autem aliqui se Thu- 30
cydidios esse profitentur, novum quoddam imperitorum

---

quis eum ferret aut quis potius] *quis enim ferret an potius quis* Dr. — *aut potius quis* Vit. Ven. 2. Tul. Mon.

Cap. 9. *Ad Atticorum*] *at Atticorum igitur res teretes* Dr. — *sed Atticorum* Ven. 1. Med.

ii sunt] *hi* Vit.

28. *quale sit*] *quale id cunque sit* Lamb.

enucleateque] Nonius v. *enucleate*.

29. *ab Aristophane*] *ab Aristone* Ven. 1. Med. — V. Acharn. 550.

fulgere] *fulgarare* Junt. 2. Ald. 2. Crat. Man. Lamb. Gryph. 1. ac Quinct. II, 16, 19., si lectio ibi vera est. Conf. enim ibid. XII, 10, 24. „*Quid Periclea? similemne credimus Lysiacae gracilitati, quem fulminibus et coelesti fragori comparant Comici, dum illi conviciantur?*“ — *fulgere et tonare* Ven. 2. Tul.

dictus esset] om. *esset* Dr.

dicat igitur] *dicet igitur* Vit.

hoc esse Atticum] *hoc est A.* Ven. 1. Med.

quod tenuis] *quod hoc tenuis* Dr.

sed quod nihil habeat] om. *sed* Ven. 2. — *nonnihil habeat* Dr. — *mihi habeat* Ald. 2.

aut ne sit] *aut non sit eschines* Vit.

30. *aliqui*] *alii* Mon.

esse profitentur] *esse* suspect. Ern. Sed v. Matthiae Miscell. phil. II. P. 2. p. 123. Scheller obss. p. 36.

imperitorum] *et imper.* Med. Kob. Tul.

in Italiae luce cognosceris, versarisque in optimorum ci-
vium vel flore vel robore. Iam quantum illud est, quod
in maximis occupationibus nunquam intermittis studia
doctrinae! semper aut ipse scribis aliquid, aut me vocas
35 ad scribendum! Itaque hoc sum aggressus statim Catone
absoluto: quem ipsum nunquam attigissem tempora ti-
mens inimica virtuti, nisi tibi hortanti et illius memoriam
mihi caram excitanti non parere nefas esse duxissem.
Sed testificor, me a te rogatum et recusantem haec scri-
bere esse ausum. Volo enim mihi tecum commune esse
crimen, ut, si sustinere tantam quaestionem non potuero,
iniusti oneris impositi tua culpa sit, mea recepti. in quo
tamen iudicii nostri errorem laus tibi dati muneris com-
pensabit.

11 Sed in omni re difficillimum est, formam (qui χα-
36 ρακτὴρ Graece dicitur) exponere optimi: quod aliud aliis
videtur optimum. Ennio delcctor, ait quispiam, quod
non discedit a communi more verborum: Pacuvio, in-
quit alius; omnes apud hunc ornati elaboratique sunt
versus, multa apud alterum negligentius. Fac alium
Attio. varia enim sunt iudicia ut in Graecis, nec faci-
lis explicatio, quae forma maxime excellat. In picturis

---

cum in Italiae luce] om. *in* Ven. 2. Kob. — *lucem* Vit. Dr. — *cognosceres* Kob.

35. *quem ipsum numquam*] *nunquam ipsum* Ven. 1. 2. Med.

caram excitanti] *caram exortanti* Vit. — *coram* Ven. 2. Tul.

et recusantem] *recusandum* Dr. Ven. 1. 2. — *ad recusandum* Tul. — *Sed testificor, me a te rogatum ad recusandum haec scribere non esse ausum* Med. om. *esse* Vit.

recepti] *precepti* Vit.

Gap. 11. 36. *formam qui*] Ven. 2. Tul. L. Sch. Or. *formam quae* Ven. 1. Med. Ern. 1. prob. Ramsh. L. G. p. 355. *formam, quod* Vit. Dr. Ald. Ju. Cr. Steph. Cic. Lex. G. L. Prima dicendi ratio est elegans et ab optimo quoque scriptorum Graecorum et Romanorum usurpata: altera est vulgaris et a cultiore sermone prope aliena: tertium autem genus *formam, quod* secundum Germanorum linguae morem est formatum. Conf. J. J. Ochsner ad Cicer. Eclogas p. 30.

χαρακτὴρ] *caracter* Vit.

ait quispiam] *quispiam ait* Ven. 1. 2. Med. Tul.

more verborum] om. *verborum* Mon.

multa] *multo* Lamb.

Attio] *Actio* Ven. 2. Tul. — *Accio* Ven. 1. Vict. Crat. Man. Lamb. — *fac alias accio.* Vit. De scriptura h. n. Schneid. l. l. p. 241.

alios horrida, inculta, abdita et opaca: contra alios nitida, laeta, collustrata delectant. Quid est, quo praescriptum aliquod aut formulam exprimas, cum in suo quodque genere praestet, et genera plura sint? Hac ego religione non sum ab hoc conatu repulsus, existimavique in omnibus rebus esse aliquid optimum, etiam si lateret, idque ab eo posse, qui eius rei narus esset, iudicari.

Sed quoniam plura sunt orationum genera eaque 37
diversa, neque in unam formam cadunt omnia: laudationum, suasionum, et historiarum, et talium scriptionum, qualem Isocrates fecit Panegyricum multique alii, qui sunt nominati sophistae, reliquarumque rerum formam, quae absunt a forensi contentione, eiusque totius generis, quod Graece ἐπιδεικτικὸν nominatur, quod quasi ad inspiciendum delectationis causa comparatum est, non complectar hoc tempore: non quo negligenda sit; est enim illa quasi nutrix eius oratoris, quem informare volumus,

---

delectant] Ald. 2. Gryph. 2. L. Sch. Ern. Or. *alios — alios delectat* Ald. 1. Ju. Cr. Vict. Grut. *alius — alius delectat* Vit. Dr. Mon. *alius — alius delectatur* Ven. 1. 2. Med.

quid est, quo] *quod* Crat. Lamb.

praescriptum] *perscriptum* Vit. Dr. Ven. 1.

in suo quodque] *in suo quidque* mg. 1578.

aliquod] *aliquid* Dr.

repulsus] *depulsus* L.

esse] om. Vit.

narus] Lamb. v. ad §. 15. — *ignarus* Kob.

37. *suasionum — scriptionum*] Optime transposuit haec duo verba L. nam sine hoc remedio sensum non habent aptum. *scriptionum — suasionum* Ceteri.

et historiarum] suspect. Lamb.

Panegyricum] *panagiricum* Vit.

rerum] suspect. Sch. 2.

formam] transp. ante *non complectar* L.

a forensi] Vit. Ven. 2. *ab forensi* Ceteri. male, ut videtur. cf. §. 158. „*quid? si etiam abfugit turpe visum est et abfer noluerunt, aufer maluerunt?*"

ἐπιδεικτικὸν] *epedicticon* Ven. 1. 2. Med. — *epidicticon* Vit. — *epedicti connominatur.* Dr. *epedicti cognominantur* Mon.

quod quasi] *quia q.* Med. Tul. Sch. — *qua* Ven. 1. 2. Mon.

complectar] *complector* Gu. 1. 2.

non quo] *non quod* Tul.

12 et de quo molimur aliquid exquisitius dicere. Ab hac et
verborum copia alitur et eorum constructio, et numerus
88 liberiore quadam fruitur licentia. Datur etiam venia con-
cinnitati sententiarum: et arguti certique et circumscripti
verborum ambitus conceduntur: de industriaque non
ex insidiis sed aperte ac palam elaboratur, ut verba
verbis quasi demensa et paria respondeant, ut crebro
conferantur pugnantia comparenturque contraria: et ut
pariter extrema terminentur eundemque referant in ca-
dendo sonum: quae in veritate causarum et rarius multo
facimus et certe occultius. In Panathenaico autem Iso-
crates ea studiose consectatum fatetur. non enim ad iu-
diciorum certamen, sed ad voluptatem aurium scripserat.
89 Haec tractasse Thrasymachum Chalcedonium primum et
Leontinum ferunt Gorgiam, Theodorum inde Byzantium
multosque alios, quos λογοδαιδάλους appellat in Phae-
dro Socrates: quorum satis arguta multa, sed ut modo
primumque nascentia minuta et versicolorum similia

---

molimur] *mollimur* Ven. 2.

Cap. 12. *alitur*] *aliter* Kob.

datur] *detur* Mon.

88. *de industriaque, non ex i.* etc.] *de industria: que non ea i.* Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. — *de industriaque non ea insidiis aperte ac palam elaborantur* Vit. — *aperte palam* Nonius.

demensa] Sic ap. Non. v. *demensum* — *dimensa* Vit. L. Or.

conferantur p. comparenturque] Sic Gryph. 2. Man. Grut. Ern. Or. — *conferant p. comparentque* Vit. Dr. Gu. 1. 2. Ven. 1. 2. Aldd. Med. Tul. Cr. Vict. Lamb. Junt.

et ut] *et aut* Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul.

referant] *conferant* Hervag. 1584.

Panathenaico] *inphanatanatco* Dr. V. p. 259. Bekk.

autem] *aut* Ven. 1.

studiose consectatum] *ea studiose consecutum* Gu. 1. Ven. 1. Med. Ern. — *ea studiose se consectatum* Junt. 2. — *ea studio se consectatum* Asc. 2. Sch. 2. — *ea se studiose consectatum* Ald. 2. L. — *consectatum esse fatetur* Dr. — *ea studiose se consecutum* Ern. suspic. cf. Spald. ad Qut. T. 3. p. 49. inf. c. 69. *facturum negat.*

ad voluptatem] om. *ad* Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. *voluptate aurium* Kob.

89. *Chalcedonium*] *calchedonum* Vit.

et Leont. f. Gorgiam] *Gorgian* Dr. — *et Gorg. Leo. ferunt* L.

λογοδαιδάλους] *logodedalos* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Tul.

versicolorum similia] Sic Vit. et Heindf. ad Plat. Phaedr. c. 112. p. 316. — *versicolorium* L. — *versiculorum* Ceteri. Sic legendum esse, ut ego scripsi, ex sequentibus *nimiumque depicta* apparet. Ea enim sententia, quae per particulam *que* orationi adiicitur, huic quae praecedit cognata esse debet. Deinde mox cum dicit, Herodotus

quaedam nimiumque depicta. Quo magis sunt Herodotus Thucydidesque mirabiles: quorum aetas cum in eorum tempora quos nominavi incidisset, longissime tamen ipsi a talibus deliciis vel potius ineptiis afuerunt. alter enim sine ullis salebris quasi sedatus amnis fluit, alter incitatior fertur et de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum: primisque ab his (ut ait Theophrastus) historia commota est, ut auderet uberius quam superiores et ornatius dicere. Horum aetati 13
successit Isocrates, qui praeter ceteros eiusdem generis laudatur semper a nobis nonnunquam, Brute, leniter 40
et erudite repugnante te. sed cedas mihi fortasse, si, quid in eo laudem, cognoveris. Nam cum concisus ei Thrasymachus minutis numeris videretur et Gorgias, qui tamen primi traduntur arte quadam verba iunxisse;

---

et Thucydidem longe afuisse a talibus ineptiis, hoc non referri potest ad *versiculos*, quos quis fecerit. nam qui tales facit, nullo modo ineptus dici potest, imo Isocrates multos immiscuit versiculos in orationibus suis. Contra vere id dicitur de versicoloribus. ea enim sunt absurda. Postremo huc pertinet alter locus c. 19. „*Sophistarum, de quibus supra dixi, magis distinguenda similitudo videtur — concinnas magis sententias exquirunt quam probabiles, — verba transferunt apertius eaque ita disponunt ut pictores varietatem colorum.*" Quint. VIII. Pro. 20.

nimiumque] *minimeque* Ven. 1. Med.

depicta] *astricta* Sch. suspic. — V. Ern. Lex. Rh. s. v.

ipsi a talibus] om. *ipsi* Vit.

afuerunt] L. *abfuerunt* Ceteri. §. 37.

salebris] v. Nonium s. v. — *salubris* Kob.

amnis fluit] *amnis fuit* Dr.

canit — bellicum] laudantur a Qut. X, 1, 33.

Theophrastus] inf. §. 79. Quint. III, 1, 15. Theophrastus quoque Aristotelis discipulus de rhetorice diligenter scripsit.

historia commota est] v. Bentlei ad Horat. Carm. III, 7, 20. Spald. ad Qut. III, 1, 8.

uberius] *verius* Mon.

dicere] *diceret* Ven. 1.

Cap. 13. 40. *leniter*] Dr. Gu. 2. 3. Ald. 2. Sch. 2. Or. — *leviter* Ceteri.

cedas] Ern. Or. *credas* Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. Ald. 1. L. Vict. *credes* Vit. Ald. 2. *cedes* Sch. 2.

si quid in eo laudem] *siquidem* Vit. — *laudum* Ven. 1. 2. Med. Tul.

concisus] *concissus* Ven. 2.

iunxisse] Vit. Ven. 1. 2. Med. Tul. Aldd. Cr. Vict. Lamb. Man. — *vinxisse* mg. 1584. Grut. ac recentt. cf. §. 64. *Junguntur* verba, *vincitur* oratio.

Theodorus áutem praefractior nec satis (ut ita dicam) rotundus: primus instituit dilatare verbis et mollioribus numeris explere sententias. In quo cum doceret eos, qui partim in dicendo, partim in scribendo principes extiterunt, domus eius officina habita eloquentiae est.
41 Itaque ut ego, cum a nostro Catone laudabar, vel reprehendi me a ceteris facile patiebar, sic Isocrates videtur testimonio Platonis aliorum iudicia debere contemnere. Est enim (ut scis) quasi in extrema pagina Phaedri his ipsis verbis loquens Socrates. „Adolescens etiam „nunc, o Phaedre, Isocrates est: sed quid de illo augu„rer, lubet dicere. Quid tandem? inquit ille. Maiore „mihi ingenio videtur esse, quam ut cum orationibus „Lysiae comparetur. Praeterea ad virtutem maior in„doles, ut minime mirum futurum sit, si, cum aetate „processerit, aut in hoc orationum genere, cui nunc

---

Theodorus] Sic Ern. in Clave. C. T. Ern. Lex. Rhet, L. *s. v. rotundus.* Sch. Or. — *Thucydides* libri omnes. — *Theodectes* Non. v. *rodundum*, prob. Grutero. — Improbo autem lect. Mss. *Thucydides*, quia Thucydides inter oratores laudari non potest. Quum enim de eo, quo Isocrates sit usus, scribendi genere quaeritur, cum aliis hic oratoribus comparari debet. nam historici nihil ad Isocratem attinent. Est autem Theodorus tertius ex iis quos supra nominaverat Cicero. Infrequens vero Theodori nomen in celebratissimum illud Thucydidis abire facile poterat. Ac Theodectes quoque Nonii, quanquam perversa ibi est lectio, confirmare videtur nostram opinionem. ex hoc enim nomine facile coniicere possumus, Nonium sophistam quendam, non historicum, laudare voluisse, in nomine autem memoria esse falsum. Theodectes enim auditor fuit Aristotelis et politus scriptor atque artifex, ut infra legimus c. 51. — De Theodoro v. Cic. Brut. c. 12. Qut. III, 1, 11.

41. *facile patiebar*] om. *facile* Vit.

iudicia] *iudicio* Ven. 2.

pagina] *pugna* Mon.

Phaedri] pag. 105. Bekk.

loquens Socrates] *Isocrates* Dr. „Rariori errore, cum contrarius sit frequentissimus in Codd." Haec Spald. ad Qut. II, 15, 10. cf. inf. §. 42.

quid de illo augurer] *quid ille de illo* Ven. 1. Med. — *quid ipse de illo* Junt. 1. 2. — *augures* Vit.

quid tandem] *tamen* Mon.

cum orationibus] similiter §. 68. — „*ego autem etiam si quorundam grandis et ornata vox est poetarum, tamen in ea eum licentiam statuo maiorem esse quam in nobis.*" 230. „*Sunt etiam qui — in genus abiectum incidant, Siculorum simillimum.*" §. 89. — „*primisque ab his historia commota est, ut auderet uberius quam superiores et ornatius dicere.*" Oppositiones non semper ad amussim esse exactas, docuit Por-

„*studet*, tantum, quantum pueris, reliquis praestet om-
„nibus, qui unquam orationes attigerunt; aut, si con-
„tentus his non fuerit, divino aliquo animi motu ma-
„iora concupiscat. Inest enim natura philosophia in
„huius viri mente quaedam.“ Haec de adolescente So- 42
crates auguratur. At ea de seniore scribit Plato et
scribit aequalis, et quidem exagitator omnium rheto-
rum hunc miratur unum. Me autem, qui Isocratem
non *diligunt*, una cum Socrate et cum Platone errare
patiantur. Dulce igitur orationis genus et solutum et
effluens, sententiis argutum, verbis sonans est in illo
epidictico genere, quod diximus proprium sophistarum,
pompae quam pugnae aptius, gymnasiis et palaestrae
dicatum, spretum et pulsum foro. Sed quod educata
huius nutrimentis eloquentia ipsa se postea colorat et
roborat, non alienum fuit de oratoris quasi incunabulis

---

son. ad Eurip. Phoen. 512. Garat. ad Cic. Or. p. Flacc. 1, 18. 26, 30. p. Sull. 26. in Verr. 1. A. 17.

quantum pueris, reliquis] om. virgula Ven. 1. 2. *reliquis pueris* Mon.

qui unquam] *qui nunquam* Dr.

motu maiora] *motu maiore* Vit. Dr.

concupiscat] Priscian. L. VIII. p. 411 et 418. ed. Krehl.: „*Pleraque verba derivata inchoativa secundae sunt coniugationis ut rubeo, rubesco eaque raro ex aliis verbis inveniuntur ut cupio, cupisco: Divino aliquo animi motu maiora concupiscat.*“

philosophia] *philosophie* Vit. Dr. Med. — *philosophis* Ven. 1.

42. *de adolescente Socrates*] *de adol. Isocrate Socrates* Vit. Ven. 2. Tul. Junt. Aldd. Cr. Lamb.

auguratur] *arguatur* Vit. — *auguratus* Ven. 1. Med.

exagitator] *excogitantior* Mon.

rhetorum hunc m. unum] *rhetorum. Hunc m. u.* Grut. Ern. — *miratur virum* Crat.

qui Isocratem] *Socratem* Ven. 1. 2. cf. §. 41.

et cum P.] om. *cum* Ven. 1. 2. Med. Tul. Iu. L. v. ad c. 3. et ad §. 52.

patiantur] *patiuntur* Ven. 1.

effluens] *effluens sententiis, argutum* Tul. — *affluens* Gu. 2.

epidictico genere] om. *genere* Burchardi. *est illud ἐπιδεικτικὸν quod diximus* Sch. *in illo ἐπιδεικτικῷ quod diximus* Or Offenduntur edd. vocabulo *genere* bis deinceps posito. At aliam habet significationem in uno et in altero loco. Multa sunt orationum genera, e quibus unum nunc laudat, illud ἐπιδείξεων. hoc autem genus vario modo a scriptoribus tractatur. alii enim horrido scribendi genere utuntur, alii dulci. Ergo quia vocabuli vis in utroque loco diversa est, non potest in uno vel in altero omitti.

sophistarum] *sophistarum pompae: qui* Ven. 1. Med.

eloquentia ipsa se] *eloq. est, i.* Dr. Ven. 1. 2. Med. Ald. Vict. Cr. — *si* Ven. 1.

dicere. Verum haec ludorum atque pompae: nos autem iam in aciem dimicationemque descendamus.

14 Quoniam tria videnda sunt oratori, quid dicat, et
43 quo quidque loco, et quomodo; dicendum omnino est, quid sit optimum in singulis, sed aliquanto secus, atque in tradenda arte dici solet. Nulla praecepta ponemus, (neque enim id suscepimus) sed excellentis eloquentiae speciem et formam adumbrabimus: nec, quibus rebus ea paretur, exponemus, sed qualis nobis esse videatur.
44 Ac duo breviter prima. Sunt enim non tam insignia ad maximam laudem quam necessaria et tamen cum multis paene communia.

Nam et invenire et iudicare, quid dicas, magna quidem illa sunt et tanquam animi instar in corpore, sed propria magis prudentiae quam eloquentiae: qua tamen in causa est vacua prudentia? Noverit igitur hic

---

verum haec] *verum hoc* Dr. Gu. 1. 2.
nos autem iam] om. *iam* Gu. 1. 2. Sch. 1. Mon.
descendamus] Ven. 1. Med. Ern. Sch. Or. — *veniamus* Ceteri.

Cap. 14. 43. *quomodo; dicendum*] *quo dicendum* Ven. 1. Med.
est, quid] *est, et quid* Ven. 1. 2. Med. Tul.
atque in trad.] om. *atque* Mon.
nec, quibus — exponemus] om. Gu. 1.

44. *sunt enim non tam*] *sunt enim tam* Vit. 1. m.
quid dicas] *quid et quo loco dicas* Sch. Fallitur Schützius. Nam inde ab illis verbis *Nam et invenire et iudicare quid dicas* etc. non de collocatione oratoris, ut ex verbis ipsis apparet, sed de inventione disputatur. Cicero enim postquam diviserat oratoris munus in tria capita, de singulis nunc dicere incipit. Prius autem quam de prima parte vel de inventione loquitur, observationem quandam, quae ad duo prima capita communiter spectat, praemittit: „*Ac duo breviter — — communia.*" Nunc vero ad primam, quae est de inventione, disputationem se vertit. Absolvit hanc materiam §. 49. Tum secundam partem, collocationem suscipit §. 50. „*Iam vero ea, quae invenerit, qua diligentia collocabit? quoniam id secundum erat de tribus.*" Breviter rem tractat hisque verbis totam concludit disquisitionem: „*Atque in primis duabus dicendi partibus qualis esset, summatim breviterque descripsimus.*" Locus autem Quinct. VIII. Pro. 13. nihil sane probat.
magna quidem illa] Ven. 2. Tul. — *magna illa quidem* Ceteri. Particula *quidem* h. l. ad *magna* pertinet. cf. §. 13. 76.
sunt, et] *et sunt* Kob.
sed propria] *proprie* Dr. Gu. 1. 2.
qua tamen in causa] Vit. Dr. Ven. 1. Med. Iu. 1. Ald. Grut. Or. — *quae enim causa est vacua p.* Ven. 2. Tul. *qua enim in caussa est vacua*

quidem orator, quem summum esse volumus, argu-
mentorum et rationum locos. Nam quoniam, quidquid 45
est quod in controversia aut in contentione versetur,
in eo aut, sitne, aut, quid sit, aut, quale sit, quaeri-
tur; sitne, signis; quid sit, definitionibus; quale sit,
recti pravique partibus: quibus ut uti possit orator, non
ille vulgaris sed hic excellens, a propriis personis et
temporibus semper, si potest, avocat controversiam.
Latius enim de genere quam de parte disceptare licet: ut,
quod in universo sit probatum, id in parte sit probari
necesse. Haec igitur quaestio a propriis temporibus et 46

---

pr. Gryph. 2. Iu. 2. — *quae tamen qua in causa est v. p.* Melanchth. — *quae tamen causa est v.* Lamb., qui tamen totum membrum delere mavult. — Nostra lectio sic explicari debet. qua tamen in causa eloquentia carere potest prudentia? *prudentia* est ablativ. In antecedentibus enim eloquentiae prudentiam opposuerat quodammodo Cicero. nunc autem ne forte quis credat, prudentiam esse in veritate oppositam eloquentiae, eamque omnino sine prudentia esse posse, sic se corrigit: etsi dixerim, inventionem prudentis esse potius quam eloquentis, tamen eloquentia vacare prudentia nunquam potest, sed cum ea coniuncta semper esse debet.

causa] Vit. Dr. Mon. ubique, non *caussa*. Etsi vero in similibus verbis geminasse consonantes Ciceronem, eumque *caussa*, *cassus*, *divissio*, *ussus*, *aussus*, *fussus*, *odiossus*, *claussum*, *laessi*, *accussare* dixisse ex Quinct. I, 7. 20. A. Cornuti ap. Cassiod. p. 2283. ac M. Victor. p. 2456. testimoniis accepimus, haec tamen scriptura in iis certe vocabulis, quae nominavi, paulo post Ciceronis tempora obsolevit.

rationum] *actionum* Sch. 2. — *orationum* Ven. 1. 2.

45. *nam quoniam quidquid*] *nam quicquid est quod in controv.* Ven. 1. Med. Tul. Gryph. 2. — *nam quicquid quoniam in controv.* Ven. 2.

aut in contentione] *aut in concione* Med. Tul. — *et in cont.* Nizol. Quinct. III, 6, 44. „*A plurimis tres sunt facti generales status, quibus et Cicero in Oratore utitur, et omnia quae aut in controversiam aut in contentionem veniant, contineri putat, Sit ne? Quid sit? Quale sit?*"

versetur] *versatur* Gryph. 2.

quid sit] *qui* Ven. 2.

recti pravique] om. *que* Ven. 2.

quibus ut] om. *quibus* Dr. Gu. 2. V. Elmslei. ad Soph. Oed. Tyr. 257. om. *ut* Mon.

non ille vulgaris] *non ille quidem vulg.* Mon.

a propriis personis etc.] Qut. III, 5, 15. — „*in Oratore — praecipit, ut a propriis personis atque temporibus avocemus controversiam: quia latius dicere liceat de genere quam de specie, et quod in universo sit probatum, in parte probatum esse necesse sit.*"

licet, ut] *licet et* Vit.

46. *a propriis temporibus et personis*] Sic Ven. 1. Med. om. *a.* — *ab propriis* Dr. — om. *personis* Ven. 2. *personis et temporibus* Ceteri.

personis ad universi generis orationem traducta appellatur θέσις. In hac Aristoteles adolescentis non ad philosophorum morem tenuiter disserendi, sed ad copiam rhetorum in utramque partem ut ornatius et uberius dici posset, exercuit: idemque locos (sic enim appellat) quasi argumentorum notas tradidit, unde om-
15 nis in utramque partem traheretur oratio. Facile igitur hic noster, (non enim declamatorem aliquem de
47 ludo aut rabulam de foro, sed doctissimum et perfectissimum quaerimus) quoniam loci certi traduntur, percurret omnes, utetur aptis, generatim dicet: ex quo emanant etiam, qui communes appellantur loci. Nec vero utetur imprudenter hac copia, sed omnia expendet et seliget. Non enim semper, nec in omnibus causis ex iisdem eadem argumentorum momenta sunt.
43 Iudicium igitur adhibebit, nec inveniet solum quid di-

---

orationem] *rationem* Nizol. Purgold. cf. §. 125.

θέσις] Steph. (lex. Cicer. Gr. Lat.) Or. — *Graece appellatur θέσις.* Sch. 2. — *thesis* Ceteri. De re vide Qut. II, 1, 9. Cic. de Or. III, 30.

in hac] *in hoc* Gu. 1.

adolescentis] Vit. — *adolescentes* Ceteri. Utrum haec an illa forma eligenda sit, ad aurium voluptatem spectat, et ab iis diiudicari debet. Auct. ad Herenn. I, 11, 6. „*Si lex sit, quae iubeat, eos, qui propter tempestatem navim reliquerint, omnia perdere: eorum navem ceteraque esse, si navis conservata sit, qui remanserint in navi. Magnitudine tempestatis omnes perterriti navem reliquerunt.*“ Sic Cod. Lips. cf. inf. §. 72. *grammatici in poetis, eloquentes in omni* etc, non *eloquentis.* et §. 74. 96. 106.

ad copiam] om. *copiam* Kob.

et uberius] *ut ub.* Ven. 1.

dici posset] Gryph. 2. L. Ern. Or. — *possit* Ceteri.

Cap. 15. 47. *rabulam*] vid. Nonius s. v.

quoniam loci certi — loci] Sic Lips. Var. L. II, 7. mg. 1584. Ern. Or. — *quaerimus ut quoniam l. c. t., percurrat omnis, utatur* (*utantur* Dr.) *aptis. generatim dicat ex quo emanent* Dr. Gu. 1. 2. Ven. 2. Tul. item Vit. om. *aptis,* — *quoniam l. c. tr., percurrat o. utatur aptis generatim: dicat ex q. emanant* Ven. 1. Med. — *percurret o. utetur a. generatim, discet ex quo emanent* L. Grut. — *percurret o., utetur a. g., discet ex quo emanant.* Crat. Vict. Man. Aldd. Ceterum *utetur — loci* uncis inclusit Sch. 2.

omnia expendet et seliget] *seleget* Ven. 1. 2. Med. Ald. Vict. Cr. — *idonea exquiret et seliget* Sch. 2. — *idonea excerpet.* coni. Or. *ac seleget* Mon.

ex iisdem eadem] *nec ex iisdem* L. — om. *eadem* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. Vict.

igitur] *ergo* Ven. 1. Ald. 2. Cr. Gryph. 1. L. Commutatio nata ex

cat, sed etiam expendet. Nihil enim feracius ingeniis,
iis praesertim, quae disciplinis exculta sunt. Sed ut
segetes fecundae et uberes non solum fruges verum
herbas etiam effundunt inimicissimas frugibus, sic in-
terdum ex illis locis aut levia quaedam, aut causis
aliena, aut non utilia gignuntur; quorum ab oratoris
iudicio delectus magnus adhibebitur. Alioqui quonam 49
modo ille in bonis haerebit et habitabit suis? aut mol-
liet dura, aut occultabit quae dilui non poterunt atque
omnino opprimet, si licebit, aut abducet animos, aut
aliud afferet, quod oppositum probabilius sit quam il-
lud quod obstabit?

Iam vero ea, quae invenerit, qua diligentia collo- 50
cabit? quoniam id secundum erat de tribus. Vestibula
nimirum honesta aditusque ad causam faciet illustres:

---

scripturae compendio, quo in his vocab. utuntur librarii. *igitur* = ig^{r}, *ergo* = g^{o}.

nihil enim] om. *est* Gu. 2. Dr. Ven. 1. Aldd. Med. L. Ju. Cr. Gryph. 1. — *nihil enim est* Vit. Man. Grut. Ern. Sch. 2. — *nihil est* om. *enim* Gu. 1. — *nihil est enim* Or.

feracius] *veracius* Kob.

iis praesertim] om. *iis* Crat. — *his* Vit Ven. 2. Med. Tul. Ald. 2. Vict. L. sup. c. 5.

herbas etiam] Dr. L. *etiam herbas.*

causis aliena] *cause aliena* Vit.

gignuntur] *gignunt* Ven. 1. Med.

oratoris] *actoris* Dr. Gu. 1.

delectus] *dilectus* L.

49. *adhibebitur. Alioqui*] Crat. Gryph. 1. Ald. 2. Camer. L. Ern. Sch. Or. — *adhibebitur alioqui. Quonam* Grut. — om. *alioqui* Vit. Dr. Mon. Gu. 1. 2. Ven. 1. 2. Med. Tul. Vict. Man. Ald. 1.

modo ille in bonis] *modo vir bonus ille haerebit et habebit in suis* Ven. 2. Tul. — *modo vir ille bonus in bonis huerebit et habitabit suis* Ald. 2.

aut molliet] *ut m.* — *ut occ.* — *ut abd.* — *aut aliud* L. — *ut molliet* Dr. Ald. 2. Vict. Crat. — *ut molliat* Ven. 1. 2. Med. Tul.

poterunt] *potuerunt* Vit.

abducet] *abducit* Kob.

afferet] *afferret* Ven. 1.

oppositum] *propositum* Ven. 2. Tul.

probabilius sit] *sit probabilius* Dr.

obstabit] *obstet* vel *obstabat* Ern. susp. *hostabit* Mon.

50. *erat*] *erit* Mon.

vestibula] v. Nonium s. v. Victor. V. L. 23, 15. Iul. Victor. p. 82. „*Oportet autem, ut aedibus ac templis vestibula, sic causis principia, nec magnis parva nec parvis magna praeponi.*"

illustres] *illustris* Crat.

cumque animos prima aggressione occupaverit, infirmabit excludetque contraria; de firmissimis alia prima ponet alia postrema, inculcabitque leviora. Atque in primis duabus dicendi partibus qualis esset, summatim
16 breviterque descripsimus. Sed, ut ante dictum est, in
51 his partibus (etsi graves atque magnae sunt) minus et artis est et laboris.

Cum autem, et quid et quo loco dicat, invenerit, illud est longe maximum, videre quonam modo. Scitum est enim, quod Carneades noster dicere solebat, Clitomachum eadem dicere, Charmadam autem eodem etiam modo dicere. Quod si in philosophia tantum in-

---

infirmabit] *infirmaverit* Mon.
excludetque] om. *que* Vit.

Cap. 16. 51. *et quid et quo*] Sic Dr. Mon. Vict. — om. prius *et* Ceteri.
quod Carneades] *quid* Dr.
Clitomachum eadem dicere, Charmadam] *Clitomachum ea dicere Carmadam autem eodem etiam modo dicere.* Dr. Mon. — *Clitom. ea dicere: Carneadam vero etiam eodem modo dicere.* Vit. — *Clit. ea dicere, Carneadem autem eod. et. modo d.* Med. Tul. — *Clit. eadem dicere, Carneadem a. eod. e. m. d.* Ven. 1. 2. Ald. 1. Grat. Man. — *Clit. eadem dicere, Charmadam autem e. e. m. d.* Vict. Lamb. — *Clit. eadem d. Carneadem a. eodem etiam modo eadem dicere* Ald. 2. — *Clit. eadem d., Carneadem autem non eodem etiam modo dicere* Gryph. 2. — *Clit. eadem dicere, Charmadam autem quodam etiam modo.* (om. *dicere*) Sch. 2. — *quod Charmadas noster dic. solebat, Clitomachum eadem dicere et Carneadem. Carneadem autem quodam etiam modo dicere.* Or. — *Charinadam* Ms. in notis Camerarii. Hic locus non mutatione indiget, sed explicatione rei. Carneades orator, de quo multus est in libris suis Cicero, sic comparavit secum Clitomachum et Charmadam, auditores suos, ut diceret, Clitomachum aeque valere atque semet ipsum in rebus philosophicis: Charmadam autem non solum acumine ingenii et sagacitate, sed eloquentia etiam proxime ad se ipsum accedere. Vel aliis verbis: Clitomachus aeque magnus philosophus est atque ego: alter me ipsum et in philosophia et in eloquentia imitatur. Hoc latere videtur in illo scito Carneadis dicto. Confirmatur autem haec verborum explicatio quam maxime ex Academ. Cic. IV, 6. „*Sed ipse Carneades diu tenuit, (nam nonaginta vixit annos) et qui illum audierant, admodum floruerunt: e quibus industriae plurimum in Clitomacho fuit; (declarat multitudo librorum) ingenii non minus in hoc homine quam in Charmada eloquentiae.*" de Orat. I, 11. „*Audivi enim summos homines, quum quaestor ex Macedonia venissem Athenas, florente Academia ut temporibus illis ferebatur, quod eam Charmadas et Clitomachus et Aeschines obtinebant. Erat etiam Metrodorus, qui cum illis una ipsum illum Carneadem diligentius audierat.*" Quibus locis simul apparet, audi-

terest, quemadmodum dicas, ubi res spectatur, non verba penduntur: quid tandem in causis existimandum est, quibus totis moderatur oratio? Quod quidem ego, 52
Brute, ex tuis literis sentiebam, non te id sciscitari qualem ego in inveniendo et in collocando summum esse oratorem vellem, sed id mihi quaerere videbare, quod genus ipsius orationis optimum iudicarem. Rem difficilem, dii immortales! atque omnium difficillimam. Nam cum est oratio mollis et tenera et ita flexibilis, ut *sequatur* quocumque torqueas: tum et naturae variae *et* voluntates multum inter se distantia effecerunt genera dicendi. Flumen aliis verborum volubilitasque 53
cordi est, qui ponunt in orationis celeritate eloquentiam. Distincta alios et interpuncta intervalla, morae, respirationesque delectant. Quid potest esse tam diversum? Tamen est in utroque aliquid excellens. Elaborant alii in lenitate et aequabilitate et puro et quasi quodam candido genere dicendi. Ecce aliqui duritatem et seve-

---

tores fuisse Carneadis Clitomachum et Charmadam. Vide porro Victor. V. L. XXXII, 24.

res spectatur] *petatur* Ven. 1. Med. *petitur* mg. Tul.

52. *quod quidem ego*] om. *ego* Vit.

non te id sciscitari] Vit. — *non a te id sciscitari* Ven. 2. Tul. — *non te id scitari* Ceteri. *idem scitari* Mon. Malui scribere *sciscitari*, quia *scitari* a poetis tantummodo usurpatur. Cunctarer tamen mutare lectionem, si in oratione quadam Ciceronis hoc verbum occurreret, ubi ad poesin proxime accedit dicendi genus. Ceterum melius leges: *non id te sciscitari*, quoniam *non* ad *id* spectat.

in inveniendo et in c.] *inveniendo et collocando* Dr. — om. prius *in* Ven. 1. 2. Med. Tul.

voluntates, multum] *voluntates multae* Ven. 1. Med.

53. *orationis celeritate etc.*] *orationis electione eloquentiam distinctam: alios* Ven. 2. — *orationis celeritate eloq. distinctam: alios interpuncta, int.* Tul.

et interpuncta i.] om. *et* Ven. 1. Tul. L. — *Distincta et interpuncta intervalla* significant ea quae alias appellantur *incisa*.

alii in lenitate] Sic Nizol. Lamb. Grut. Ern. Sch. Or. — om. *in* Vit. Dr. Gu. 1. 2. Ven. 1. 2. Med. Tul. Aldd. Crat. Vict. Ju. Gryph. 1. 2. Man. — *levitate et aequalitate* Ven. 1. — *lenitate et aequabilitate* Tul. — *laevitate* prob. L. Cf. Ern. Lex. Rh. v. *lenitas*.

et puro et quasi quodam candido] Sic dedi ex Ven. 1. Med. — *et puro quodam et quasi cand. g.* mg. 15?? — *et puro quasi quodam et cand.* Ceteri. — *pura oratio* vulgaris est locutio, altera autem metaphora *candidum dicendi genus* exquisitior est.

Ecce aliqui] *ecce alii* Ven. 1. Med. Ald. 2. Ju. Cr. L. — *ecce autem*

ritatem quandam verbis et orationis quasi moestitiam sequuntur; quodque paulo ante divisimus, ut alii graves, alii tenues, alii temperati vellent videri: quot orationum genera esse diximus, totidem oratorum reperiuntur.
17 Et quoniam coepi iam cumulatius hoc munus au-
54 gere, quam a te postulatum est, (tibi enim tantum de orationis genere quaerenti respondi etiam breviter de inveniendo et collocando) ne nunc quidem solum de orationis modo dicam, sed etiam de actionis: ita praetermissa pars nulla erit. quandoquidem de memoria nihil est hoc loco dicendum, quae communis est mul-
55 tarum artium. Quo modo autem dicatur, id est in duobus, in agendo et in eloquendo. Est enim actio quasi corporis quaedam eloquentia, cum constet e voce atque motu. Vocis mutationes totidem sunt, quot animorum qui maxime voce commoventur. Itaque ille perfectus, quem iamdudum nostra indicat oratio, utcumque se affectum videri et animum audientis moveri volet, ita certum vocis admovebit sonum: de quo plura dicerem, si hoc praecipiendi tempus esset, aut si tu hoc quaereres. Dicerem etiam de gestu, cum quo iunctus est

---

alii Ven. 2. Tul. M. Coelium Rufum significavit Ellendt. in hist. Eloqu. p.113.

verbis] *et severitatem qu. in verbis et orat. q. mestitiam et severitatem qu. in verbis quodque* Vit. — Praepositio nata ex praecedenti *m.*

divisimus ut alii] *et alii* Junt. 1. — *diximus ut alii* Sch. 2. — *divisimus* Gu. 1. 2.

genera esse diximus] *genera divisimus* Sch. 2. *quot oratorum g. esse dissimus* Gu. 1.

Cap. 17. 54. *tibi enim — collocando*] Sch. 1. suspect.

de orationis] *oratoris* Ven. 1. Med.

de actionis] *de actione* Vit.

55. *in eloquendo*] *in loquendo* Ven. 2. Ald. 2. Cf. inf. §. 61.

e voce atque motu] *quae constet e v. a. m.* Ern. *et voce et motu* Ven. 1. *et voce motu* Med. cf. Quinct. XI, 3, 1. „*Pronunciatio* a plerisque *actio* dicitnr, sed prius nomen a voce, sequens a gestu videtur accipere. Namque *actionem* Cicero alias *quasi sermonem*, alias *eloquentiam quandam corporis* dicit. Idem tamen duas eius partes facit, quae sunt eaedem pronunciationis, *vocem atque motum.*"

quot animorum] *quot amicorum* Ju. 1.

ille perfectus] *perfectus ille* L. cf. §. 59, 61, 81.

utcunque se a. videri] *utrunque* Ven. 1. — *vides* Vit.

admovebit] *amovebit* Mon.

si hoc praecipiendi] om. *hoc* Gryph. 1.

dicerem etiam] *dicerem et* Dr.

vultus. Quibus omnibus dici vix potest quantum intersit, quemadmodum utatur orator. Nam et infantes 56
actionis dignitate eloquentiae saepe fructum tulerunt, et diserti deformitate agendi multi infantes putati sunt, ut iam non sine causa Demosthenes tribuerit et primas et secundas et tertias actioni. Si enim eloquentia nulla sine hac, haec autem sine eloquentia tanta est; certe plurimum in dicendo potest. Volet igitur ille, qui eloquentiae principatum petet, et contenta voce atrociter dicere, et summissa leniter, et inclinata videri gravis,
et inflexa miserabilis. Mira est enim quaedam natura 57
vocis, cuius quidem e tribus omnino sonis, inflexo, acuto, gravi, tanta sit et tam suavis varietas perfecta
in cantibus. Est autem in dicendo etiam quidam can- 18
tus obscurior, non hic e Phrygia et Caria rhetorum epilogus, paene canticum, sed ille, quem significat Demosthenes et Aeschines, cum alter alteri obiicit vocis flexiones. [Dicit plura etiam Demosthenes, illumque

---

56. *nam et infantes* etc.] *nam et infantum actiones dignitate eloq.* Vit. — Nonius v. *infans*: *nam et infantes actionis saepe fructum tulerunt.* — *actionis dignitatem* Mon.

deformitate] *deformitati* Ven. 1.

putati] *reputati* Vit.

ut iam non] *ut non iam* Ven. 1. Med.

Demosthenes tribuerit] *tribueret* Ven. 1. Med. — *ut primas* Ven. 1. 2. Tul. — Idem dictum v. de Orat. 3, 56. Qut. XI, 3, 6. Jul. Victor. p. 111. — „*huic* (actioni) *non immerito Demosthenes ex omnibus oratoris virtutibus primas dedit et secundas et tertias.*"

eloquentia nulla] *nulla eloquentia* Ven. 1. Med.

inflexa] *flexa* Sch. 2. — V. Ern. Lex. R. v. *inflectere.*

57. *perfecta in c.*] *perfecta sit in c.* Ven. 1.

omnino sonis] *sonis omnino* Dr.

Cap. 18. *in dicendo etiam*] *etiam in dic.* Dr. Mon. Ven. 2. Tul. Vict. — om. *etiam* Vit. Med.

cantus obscurior] Quinct. XI, 3. 60. — „*non et Cicero dicit esse aliquem in oratione cantum obscuriorem?*"

rhetorum epilogus] *et rhet. epilogus* Ven. 1. Med. — *Caria, rhet. epilogis* Man. — *rhetorum* (scil. cantus) *quorum epilogus pene canticum.* Ern. suspic. Qut. XI, 3, 58. „*Cicero illos ex Lycia et Caria rhetoras paene cantare in epilogis dixit.*" Jul. Vict. p. 111. „*Tullius dixit, in Phrygia et Caria turpissime rhetoras epilogos coepisse cantare.*" — *e phrigia echaria* Mon.

significat] *significet* Vit.

alteri] *alterius* Ven. 1.

vocis flexiones] *obiecit voces flexiones* Vit. — Nonius v. *flexus*: *cum*

58 saepe dicit voce dulci et clara fuisse.] In quo illud etiam notandum mihi videtur ad studium persequendae suavitatis in vocibus. Ipsa enim natura, quasi modularetur hominum orationem, in omni verbo posuit acutam vocem, nec una plus, nec a postrema syllaba citra tertiam: quo magis naturam ducem ad aurium vo-
59 luptatem sequatur industria. Ac vocis quidem optanda est bonitas: non est enim in nobis, sed tractatio atque usus in nobis. Ergo ille princeps variabit et mutabit, omnis sonorum tum intendens tum remittens persequetur gradus, idemque motu sic utetur, nihil ut supersit in gestu. Status erectus et celsus: rarus incessus nec ita longus: excursio moderata eaque rara: nulla mollitia cervicum, nullae argutiae digitorum, non ad numerum articulus cadens: trunco magis toto se ipse

---

alter alteri obiicit vocis inflexiones. Jul. Vict. p. 111. — „*hanc inflexionem vocis, quae paulo modulatior existeret, repraehendere et Aeschines et Demosthenes solent.*" V. Demosth. π. τ. στέφ. p. 288. τῇ φωνῇ δακρύειν. ibiq. p. 290. ἐπάρας τὴν φωνὴν καὶ γεγηθὼς καὶ λαρυγγίζων. Et Aeschin. κ. Κτησ. p. 455. Bekk. ὅλως δὲ τί τὰ δάκρυα; τίς ἡ κραυγή; τίς ὁ τόνος τῆς φωνῆς; ibiq. p. 460.

dicit — fuisse] Haec esse interpolata suspicor. Valde enim totum membrum languet, nec augetur ullo modo vis sententiae, atque verba plane incondita sunt. Addiderat enim in usum scholarum magister aliquis in margine exempli sui, similia iis, quae praecedunt, quaedam pluribus in locis esse locutum Demosthenem. — *dicit etiam plura* Gu. 2. *obiicit plura etiam Dem.* Schir. *obiicit plura Aeschini Demosthenes* L. *et huic plura etiam Demosthenes* Sch. 2. om. *dicit* Ern.

saepe dicit] *dicat* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul.

58. *illud etiam notandum mihi*] *illud mihi etiam not.* Ven. 1. Med.

modularetur] *moderaretur* mg. 1578.

orationem] *orationi* Ven. 2. Tul.

citra tertiam] *ultra* Ern. V. Spald. ad Qut. I, 5, 30.

naturam] *natura* Ven. 1. Med.

59. *optanda est bonitas*] Sic Mon. *ac vocis quidem bonitas optanda est* Ceteri. *ac vocis bonitas quidem optanda est.* Vit. Dr. Ven. 2.

omnis sonorum] Vit. Cr. — *et omnis sonorum* L. Gryph. 1. *omnes* Ceteri.

persequetur] *prosequetur* Med. Ven. 2. Tul. — *persequeretur* Vit.

nihil ut supersit] *nihil ut desit aut supersit.* Sch. 2.

rarus incessus] Qut. XI, 3, 126. „*Conveniet etiam ambulatio quaedam, propter immodicas laudationum moras, quanquam Cicero rarum incessum neque ita longum probat.*"

nullae argutiae — flexione] laudantur a Qut. XI, 3, 122. — *argute digitorum* Vit.

se ipse] *ipse se* ap. Non. v. *flexus.*

moderans et virili laterum flexione, bracchii proiectione
in contentionibus, contractione in remissis. Vultus vero, 60
qui secundum vocem plurimum potest, quantam affert
tum dignitatem tum venustatem? in quo cum effeceris,
ne quid ineptum aut vultuosum sit, tum oculorum est
quaedam magna moderatio. Nam ut imago est animi
vultus, sic indices oculi: quorum et hilaritatis et vicissim tristitiae modum res ipsae, de quibus agetur, temperabunt.

Sed iam illius perfecti oratoris et summae eloquen- 19
tiae species exprimenda est: quem hoc uno excellere, 61
id est oratione, cetera in eo latere, indicat nomen ipsum. Non enim inventor aut compositor aut actor haec complexus est omnia, sed et Graece ab eloquendo ῥήτωρ et Latine *eloquens* dictus est. Ceterarum enim rerum, quae sunt in oratore, partem aliquam sibi quisque vindicat: dicendi autem, id est eloquendi maxima vis soli huic conceditur.

Quanquam enim et philosophi quidam ornate lo- 62
cuti sunt, (siquidem et Theophrastus divinitate loquendi

---

contentionibus] *contionibus* Tul.

60. *in remissis*] *in remissionibus* Lamb. in notis.

affert] *afferet* Vit.

vultuosum] Non. v. *vultuosus: in quo cum effeceris, ne quid ineptum sit aut vultuosum.* Optime explicat vocem Ern. Lex. R. v. *vultus.* — *voluptuosum* Dr. Ven. 1. Med.

tum oculorum est] *tum est oculorum* Dr.

quaedam magna] *magna quaedam* L.

hilaritatis] *hilaritas* Mon.

Cap. 19. 61. *Sed iam illius*] *illud* Dr.

id est oratione] del. Sch. *qui sunt in oratione* Gu. 1.

indicat nomen] *vindicat* Gu. 1. 2.

ῥήτωρ] *rhetor* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Aldd. Vict. Cr.

ceterarum] *exterarum* Ven. 1.

vindicat] *vendicet* Crat. *vendicat* Vit. Vict. L.

id est eloquendi] *id est loquendi* Vit. Sup. §. 55.

62. *et philosophi quidam*] *et* pendet. Ita enim continuare voluit orationem: quanquam enim et philosophi quidam ornate locuti sunt, et sophistae et historici, tamen etc. Haec Matthiae de Anacoluth. p. 6. — *et philosophi quidem* Dr.

Theophrastus divinitate loquendi] *thefrastus* Vit. — Qut. X, 1, 83. „*Nam in Theophrasto tam est loquendi nitor ille divinus, ut ex eo nomen quoque traxisse dicatur.*“ — Cur autem h. l. *loquendi*, non *eloquendi* scribendum sit, Spalding. docet ad ipsum Quinct. l.

nomen invenit, et Aristoteles Isocratem ipsum lacessi-
vit, et Xenophontis voce Musas quasi locutas ferunt,
et longe omnium, quicumque scripserunt aut locuti
sunt, extitit et suavitate et gravitate princeps Plato) ta-
men horum oratio neque nervos neque aculeos orato-
63 rios ac forenses habet. Loquuntur cum doctis, quo-
rum sedare animos malunt quam incitare, [Sic de re-
bus placatis ac minime turbulentis docendi causa, non
capiendi loquuntur] ut in eo ipso, quod delectationem
aliquam dicendo aucupentur, plus nonnullis quam ne-
cesse sit facere videantur. Ergo ab hoc genere non
difficile est hanc eloquentiam, de qua nunc agitur, se-
64 cernere. Mollis est enim oratio philosophorum et um-
bratilis, nec sententiis nec verbis instructa popularibus,
nec vincta numeris sed soluta liberius. Nihil iratum

Isocratem ipsum] om. *ipsum* Nonius v. *lacessere*. Lacessivit Isocratem inprimis illo versu, quem apud Quinct. III, 1, 14. legimus, *Αἰσχρὸν σιωπᾷν καὶ Ἰσοκράτην ἐᾷν λέγειν*. Cf. Cic. de Orat. III, 35. Tuscul. I, 4.

Xenophontis voce musas] *Xenofontis* Tul. — *musas voce* Ven. 1. Med. Cf. Qut. X, 1, 33.

et suavitate et gravitate p.] Mss. ap. Lamb. et Grut. Sch. 2. Or. — *extitit et gravitate pr.* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Tul. Ald. 1. Ju. Cr. Vict. Man. Grut. — *extitit gravitate pri.* Med. — *extitit et copia dicendi et gravitate* Nizol. — *extitit dicendi copia et gravit.* Ald. 2. — *extitit et ubertate et gravitate* Lamb. *extitit eloquentia et gravitute* mg. Goth. — Ernesti *et* intelligit *etiam*, quod, ni vehementer erro, a Ciceronis antiquorumque Romanorum consuetudine abhorret: quanquam non nego, quì post illum vixerint auctores ita hanc usurpasse particulam. cf. de divin. I, 36. „*At Platoni cum in cunis parvulo dormienti apes in labellis consedissent, responsum est, singulari illum suavitate orationis fore. ita futura eloquentia in infante provisa est.*"

tamen horum oratio] *tamen lorum oratio* Med.

aculeos oratorios] *oratoris* Ven. 2. Tul. — om. *aculeos*. Dr.

forenses] *forensis* Crat.

63. *sic — loquuntur*] Haec interpolata iudico. Addiderat enim aliquis, ut restringeret Ciceronis verba *sedare malunt philosophi quam incitare*, haec: *si de rebus placatis ac minime turbulentis docendi causa non capiendi loquuntur*. nam sic primum erat scriptum glossema, quod post ab editt. varie mutabatur. Cohaeret autem aptissime membrum praecedens cum sequenti. Om. haec duo verba *sic* et *loquuntur* Gu. 1. Sch. 2. *si de* Dr. Ven. 1, Tul. *fide* Ven. 2. Mon. *si quidem de* Ju. 2. Cr. Gryph. 1. L. *sed de* Man.

64. *et umbratilis*] om. *et* Ven. 1.

popularibus] *popularis* Gu. 1. 2. Ven. 1. 2. Med. Tul. Dr.

vincta] Vit. Gu. 1. Lamb. Ern. Sch. Or. — *iuncta* Ceteri. cf. §. 40.

nihil iratum] *iracundum* Ven. 2. Tul.

habet, nihil invidum, nihil atrox, nihil miserabile, nihil astutum: casta verecunda virgo incorrupta quodammodo. Itaque sermo potius quam oratio dicitur. Quanquam enim omnis locutio oratio est, tamen unius oratoris locutio hoc proprio dignata nomine est.

Sophistarum, de quibus supra dixi, magis distinguenda similitudo videtur, qui omnes eosdem volunt flo- 65
res, quos adhibet orator in causis, persequi. Sed hoc differunt, quod, cum sit iis propositum non perturbare animos, sed placare potius nec tam persuadere quam delectare, et apertius id faciunt quam nos et crebrius, concinnas magis sententias exquirunt quam probabiles, a re saepe discedunt, intexunt fabulas, verba apertius transferunt, eaque ita disponunt ut pictores varietatem colorum, paria paribus referunt, adversa contrariis, saepissimeque similiter extrema definiunt. Huic generi histo- 20
ria finitima est, in qua et narratur ornate et regio saepe 66

---

nihil miserabile] Sic dedi ex Manut. — *mirabile* Ceteri; qua in voce latuit sane vitium.
verecunda] *verecundia* Dr.
virgo incorr. qu.] *incorrupta virgo* Nonius v. *castum*. — *v. quodammodo incorrupta*. Ven. 2. Tul.
dicitur] *dicetur* Gu. 1.
Quanquam enim] om. *enim* Ven. 2.
unius oratoris l. hoc] *unius orationis locutio hec* Vit. — *orationis* Ven. 1. 2. Med.
dignata nomine est] Sic dedi ex Nonio v. *dignatus*: *Quanquam enim omnis locutio oratio est, tamen unius oratoris locutio hoc proprio dignata nomine est.* Conf. Cicer. Oeconomic. Lib. I. fragm. primum: „*Homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignantur.*" De Orat. III, 7. — *signata n. e.* Ceteri. — *hoc proprie signata n. est.* Ern.
65. *cum sit iis propositum*] Sic Dr. — *his propositum* Ceteri cf. c. 2, 9. — om. *cum* Gryph. 1. *cum his propositum sit* Mou.
et apertius] *ut ap.* Junt. 1. 2.
concinnas] *concinnans* Vit.
probabiles] *probabilis* Cr.
a re] *et a re* Ven. 2. Tul.
verba] *verbaque* Ven. 1. Tul.
apertius transferunt] *audacius* Sch. 2. — *altius tr.* Or. — Sensus est: neque dissimulant uti metaphoris, neque id obscure faciunt.
saepissimeque simil.] *similiter saepissimeque* Ven. 2. Tul. — om. *que* Vit.
Cap. 20. 66. *et narratur*] om. *et* Ven. 1. Med.
et regio] om. *et* Ven. 2. Tul.

aut pugna describitur: interponuntur etiam conciones et hortationes, sed in his tracta quaedam et fluens expetitur, non haec contorta et acris oratio.

Ab his non multo secus quam a poetis haec eloquentia quam quaerimus sevocanda est. Nam etiam poetae quaestionem attulerunt, quidnam esset illud, quo ipsi differrent ab oratoribus. Numero maxime videbantur antea et versu: nunc apud oratores iam ipse
67 numerus increbuit. Quidquid est enim, quod sub aurium mensuram aliquam cadit, etiam si abest a versu, (nam id quidem orationis est vitium) numerus vocatur, qui Graece ῥυθμὸς dicitur. Itaque video visum esse nonnullis, Platonis et Democriti locutionem, etsi absit a versu, tamen, quod incitatius feratur et clarissimis verborum luminibus utatur, potius poema putandum quam comicorum poetarum: apud quos, nisi quod ver-

---

conciones et hortat.] *contiones* Tul. — *contentiones et h.* Vit. — *contiones et orationes* Mon.

tracta] *tractata* Tul.

non haec contorta] *non haec eloquentia contorta* Ven. 1. Med. De vi vocab. *contorta* v. Ern. Lex. R. s. v.

quam a poetis] om. *quam* Ven. 2.

nam etiam poetae] *nam et* Vit. Ven. 2. Tul.

attulerunt] *adtulerunt* Vit. cf. Pompej. C. A. D. p. 405: „Omnis praepositio aut ipsa corrumpit verbum, aut ipsa corrumpitur — *adfero*: non dicebant *adfero* sed *affero*. D. transiit in F." — *attulerant* Ven. 1. Med.

quo ipsi] *quod ipsi* Dr. Ven. 1. 2. Med.

differrent] *different* Gryph. 1.

increbuit] *concrebuit* ap. Rufinum de metr. Com. p. 2720. Putsch. — *increbruit* v. §. 23.

67. *quicquid est enim*] *quicquid enim est* Steph. Lex. Cic. Gr. Lat. Rufin. l. l.

id quidem orationis] *id quod oratoris* Ven. 1. — *nam id quidem vitium orationis est* Rufin.

ῥυθμὸς dicitur] *rhythmos* Ven. 1. 2. Tul. — *dicitur ῥυθμός*. Ruf.

video visum] *itaque visum esse video* Dr.

etsi absit] *etsi abest* Ven. 1. 2. Med. Tul.

incitatius] *incitatus* Dr. Ven. 1.

et clarissimis] om. *et* Med. Gryph. 1.

poema] *pena* Dr.

nisi quod] *nisi quidem* Vit. — *nisi quod quidam* Append. Var. LL. ed. Hervag. 1534.

quotidiani] *cotidiani* Med. cf. §. 29.

siculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis.
Nec tamen id est poetae maximum, etsi est eo lauda-
bilior, quod virtutes oratoris persequitur, cum versu
sit astrictior. Ego autem etiamsi quorundam grandis 68
et ornata vox est poetarum, tamen in ea cum licen-
tiam statuo maiorem esse quam in nobis faciendorum
iungendorumque verborum, tum etiam nonnullorum vo-
luptati vocibus magis quam rebus inserviunt. Nec vero,
si quid est unum inter eos simile, (id autem est iudi-
cium electioque verborum) propterea ceterarum rerum
dissimilitudo intelligi non potest: sed id nec dubium est
et, si quid habet quaestionis, hoc tamen ipsum ad id
quod propositum est non est necessarium. Seiunctus
igitur orator a philosophorum eloquentia, a sophista-
rum, ab historicorum, a poetarum explicandus est no-
bis qualis futurus sit.

Erit igitur eloquens (hunc enim auctore Antonio 20
quaerimus) is, qui in foro causisque civilibus ita dicet, 69

---

dissimile] *dissimule* Mon.
etsi est eo laudabilior] *et si est, eo laudabitur* Ven. 1. Med.
persequitur] *prosequitur* Kob. Tul. mg.
68. *tamen in ea*] *in eis* Sch. *in eum* Mon.
nonnullorum voluptati] *nonn. voluntati* Vit. Dr. Mon. aliiq. ap. Grut. Ven. 1. 2. Med. Tul. Burchardi. — om. *nonnullorum* L. — *tum etiam auditorum voluptati* L. mg. 1584. — *nonnulli aurium voluptati* Sch. 2. In vocab. *nonnullorum* haereo sane. tamen explicari potest. Inserviunt poetae vocibus magis quam rebus, quia nonnulli, qui huius rei arbitri et iudices esse volunt, bene sonantia verba magis quam sententias graves atque viriles amant. Reprehendit enim Cicero quosdam sui temporis homines. *nonnulli* ut saepe cum contemtu dicitur.
inserviunt] *inserviant* Ven. 1. 2. Med. Tul. Vit.
id autem — verborum] om. Sch.
dissimilitudo] *similitudo* Ven. 1. 2. Med. Tul.
si quid habet] *si quid habeat* Vict.
ad id quod] om. *ad id.* Ven. 2.
quod propositum] *quod nobis prop.* mg. 1578.
non est necessarium] *non ut necessarium* Ven. 2. — *non est ut necessarium* Tul.
a phil. eloquentia] *locutione* L. mg. 1584. — *loquentia* Gothofr.
explicandus est] om. *est* Dr. — *explicandum* Ern.
Cap. 21. 69. *erit igitur*] om. *igitur* Ven. 2.
auctore] *autore* Vit. — *authore* Iunt. 1. — Cf. Apulei. de Orthogr. p. 134. „*Auctor* per *c* ante *t*, nomen primigenium communis generis.“
is qui] om. *qui* Ven. 2.

ut probet, ut delectet, ut flectat. Probare necessitatis est: delectare suavitatis: flectere victoriae. Nam id unum ex omnibus ad obtinendas causas potest plurimum. Sed quot officia oratoris, tot sunt genera dicendi. Subtile in probando, modicum in delectando, vehemens
70 in flectendo: in quo uno vis omnis oratoris est. Magni igitur iudicii, summae etiam facultatis esse debebit moderator ille et quasi temperator huius tripartitae varietatis. Nam et iudicabit, quid cuique opus sit, et poterit, quocumque modo postulabit causa, dicere. Sed est eloquentiae sicut reliquarum rerum fundamentum sapientia. Ut enim in vita sic in oratione nihil est difficilius quam quid deceat videre. *Πρέπον* appellant hoc Graeci: nos dicamus sane decorum. De quo praeclare et multa praecipiuntur, et res est cognitione dignissima. Huius ignoratione non modo in vita sed saepissime et
71 in poematis et in oratione peccatur. Est autem, quid deceat, oratori videndum non in sententiis solum sed

---

officia oratoris] *officia orationis* Vit. Tul.

tot sunt genera] *quot sunt g.* Tul. — Jul. Victor. p. 109. „*Ergo quot officia oratoris, tot genera dicendi, ut sit subtile in probando, modicum in d.*" etc.

modicum] *mediocre* Ven. 1. Med.

70. *esse debebit*] *esse debet* J. Victor. l. l.

tripartitae] *tripertitae* Cr. Man. J. Victor. cf. §. 21.

quid cuique opus sit] *quodcumque opus sit* J. Vict.

postulabit causa] *causa postulabit* J. Vict.

sed est eloquentiae] om. *est* Dr.

πρέπον] *praepon* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Tul.

deceat, videre] *deceat, dicere* Mon.

nos dicamus sane] *nos dicimus sane* J. Vict. Mon.

praeclare et multa] *clare et multa* J. Vict. — *et praeclare multa* Streb. Sch. 2. — *praeclare multa* Goerz. de finib. p. 33. improb. Beier ad Cic. Off. T. 2. p. 111. Int. de quo praeclare praecipitur et multa praecipiuntur.

res est cognitione] *res est et cogn.* Dr. — *res est cogitatione dignissima* J. Vict.

et in poematis] *et poematis* J. Vict. — *saepissime in poematibus* Vit. — *et in poematibus* Ven. 1. Med. cf. Charis. J. G. p. 112. Putsch: „Cicero in Oratore *poematis* dixit, pro Gallio autem *poematorum.*" Cledonii Ars p. 1904. Put.: „Legimus apud Ciceronem: horum *poematorum*, his *poematis*, ab his *poematis*, similiter et *emblematorum* et *emblematis*, *peripetasmatorum* et *peripetasmatis.*" ac Nonius v. *poematis.*

etiam in verbis. Non enim omnis fortuna, non omnis honos, non omnis auctoritas, non omnis aetas, nec vero locus aut tempus aut auditor omnis eodem aut verborum genere tractandus est aut sententiarum, semperque in omni parte orationis ut vitae, quid deceat, est considerandum: quod et in re, de qua agitur, positum est, et in personis eorum qui dicunt, et in eorum qui
audiunt. Itaque hunc locum longe et late patentem 72
philosophi solent in officiis tractare (non cum de recto ipso disputant): nam id quidem unum est; grammatici in poetis, eloquentes in omni et genere et parte causarum. Quam enim indecorum est, de stillicidiis cum apud unum iudicem dicas, amplissimis verbis et locis uti communibus, de maiestate vero populi Ro-
mani et summisse et subtiliter? Hic genere toto, at per- 22
sona alii peccant aut sua aut iudicum aut etiam adversariorum, nec re solum sed saepe verbo: etsi sine re

---

71. *non enim omnis*] om. *enim* J. Vict.
positum est] om. *est* Ven. 2. Tul.
in personis eorum q. d. et in eorum] Sic dedi ex J. Victore: — „*positum est, et in personis eorum qui loquuntur, et in eorum qui audiunt.*" — *in personis et in eorum* Ven. 2. Tul. — *in personis et eorum qui dicunt et eorum q. a.* Ceteri.
72. *non cum — unum est*] del. Sch. V. Beier Excurs. ad Off. T. I. p. 318.
eloquentes] *eloquentis in omni et parte causarum* Vit. — *rhetores in omni.* Sch. 2. Ut autem supra (c. 9.) oratores Graeci rhetores vocantur, sic h. l. eloquentes pro rhetoribus posuit auctor. Erant enim iidem fere Ciceronis tempore apud Romanos.
de stillicidiis] Quinct. VIII, 3, 14. „At privatum consilium causasque paucorum, ut frequenter accidit, calculorum purus sermo et dissimilis curae magis decuerit. An non pudeat certam creditam periodis postulare? aut *circa stillicidia affici?* aut in mancipii redhibitione sudare?" De *stillicidii* causa v. Spald. ad Qut. XI, 3, 127.
amplissimis verbis] *verbis amplissimis* Ven. 1. Med.
uti] *vel* Ven. 2. Tul.
de mai. vero pop.] Sic Ju. 2. Cr. Gryph. 2. — om. *Romani* Mon. — om. *vero* Ceteri.
et summisse et subtiliter] Ven. 1. Med. Tul. — om. prius *et* Ceteri. — *summisse et suppliciter* Vit. — *summ. et subtiliter dicere* mg. 1584. — *sumisse et subtiles* Dr.
Cap. 22. *sed saepe verbo*] *sed saepe etiam v.* Ju. Cr. Aldd. L. Gryph. 1.
etsi sine re enim nulla] Excidit, credo, *enim* ante vocab. *nulla*,

enim nulla vis verbi est, tamen eadem res saepe aut probatur aut reiicitur alio atque alio elata verbo, in
73 omnibusque rebus videndum est, quatenus. Etsi enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium quam parum. In quo Apelles pictores quoque eos peccare dicebat, qui non sentirent, quid esset satis. Magnus esset locus hic, Brute, quod te non fugit, et magnum volumen aliud desiderat: sed ad id, quod agitur, illud satis. Cum hoc decere, (quod semper usurpamus in omnibus dictis factis minimis maximis) cum hoc, inquam, decere [dicimus, illud non decere, et id] usquequaque, quantum sit, appareat, in alioque ponatur, aliudque totum sit, utrum *decere* an *oportere* dicas;
74 oportere enim perfectionem declarat officii, quo et semper utendum est et omnibus, decere quasi aptum esse consentaneumque tempori et personae: quod cum in factis saepissime tum in dictis valet, in vultu deni-

---

quod facillime fieri poterat, quoniam *enim* per simplex *n*. in codd. plerumque scribitur. om. *enim* Ceteri. *etsi enim sine re* L. Sch. Or.

eadem res] *ea res* Ven. 1. Med.

reiicitur] *reicitur* Vit. qua de scriptura v. Lindem. ad Pompei C. A. D. p. 75. — „*modo aliquid adicit.* Non solum ita scripta sed etiam pronunciata esse videntur vocabula, quae talem in modum formantur ut *obicit* pro *obiicit*; *reice* pro *reiice* et alia id genus. Vulgari tamen sermoni haec ratio videtur fuisse propria.“ — *probatur aut reiiciatur* Gryph. 2.

elata] *relata* Mon. Ven. 1. 2. Med. Tul. Cf. ad Herenn. IV, 12. barbarismus est, cum verbum aliquod vitiose *effertur*. ib. c. 19. infirma facultas oratoris videatur, nisi sententiam — frequentibus *efferat* verbis ib. c. 20 et 26. inf. §. 150.

tamen magis] *tam* Ven. 1. 2. Tul. ut inf. §. 86. 199. Cic. Ep. ad Famil. III, 6. *tamen* mihi, ubi cod. Lips. *tam* mihi. Fronto Epist.: etsi — *tam* iis ego capio, ubi Maius: „*tam*. ita cod. pro *tamen*, qui est archaismus.“ V. Laurenb. Antiqnar. p. 454.

73. *magnus esset locus hic*] om. *hic* Vit. — *magnus esset hic locus* L. — *magnus est locus hic* Streb. Ern. Sch. 2. — *magnus est et locus hic* Gryph. 2.

hoc decere] *hoc dicere* Mon.

dictis factis minimis maximis] Sic Goerenz ex cod. (ad Cic. de Leg. p. 38.) Beier ad C. Offic. T. 1. p. 135. — *dictis et factis minimis et maximis* Ceteri.

[*dicimus, illud non decere, et id*]] om. L. ex auctorit. Mss. prob. Or. Ceteri ea retinent. — *dicamus* Sch. Ern.

74. *et tempori et pers.*] Ven. 1. 2. Med. — om. prius *et* Ceteri.

que et in gestu et incessu; contraque item dedecere. Quod si poeta fugit ut maximum vitium, qui peccat etiam, cum probam orationem affingit improbo stultove sapientis; si denique pictor ille vidit, cum immolanda Iphigenia tristis Calchas esset, moestior Ulixes, moereret Menelaus, obvolvendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari; si denique histrio, quid deceat, quaerit: quid faciendum oratori putemus? — Sed cum hoc tantum sit, quid in causis earumque quasi membris faciat, orator viderit. Illud quidem perspicuum est, non modo partes orationis sed etiam causas totas alias alia forma dicendi esse tractandas.

Sequitur, ut cuiusque generis nota quaeratur et for- 23
mula. Magnum opus et arduum, ut saepe iam diximus: 75
sed ingredientibus considerandum fuit, quid ageremus, nunc quidem iam, quocumque feremur, danda nimirum vela sunt. Ac primum informandus est ille nobis, quem solum quidam vocant Atticum. Summissus 76
est et humilis, consuetudinem imitans, ab indisertis re

---

et in gestu et incessu] om. prius *et* Vit. Ven. 1. 2. Tul. Med. — add. *in* Vit. Ven. 1. 2. Med. Tul. — om. *in* Ceteri.

et incessu] om. Vit.

item] *idem* Ven. 1. 2. Med. Tul.

probam orationem] *probi orationem* Vit.

si denique] *si deinde* Ern.

cum immolanda Iphig.] *cum in imolanda effigenia* Vit. — *in immolanda* Ern. suspic.

Ulixes] Vit. Or. — *Ulysses* Aldd. Ern.

penicillo] Vit. m. 2 da. *sine penicillo.*

quasi membris] om. *quasi* Vit.

partes] *partis* Vict.

Cap. 23. 75. *alias alia*] om. *alias* Ven. 1. Med. — *alias alia dicendi forma* mg. 1578.

danda n. vela sunt] de Or. 2, 44. — „*et ad id unde aliquis flatus ostenditur, vela do.*“ — Cum his verbis fragmentum comparatur Alcaei a Lipsio Antiq. Lectt. II, 12.

76. *est ille nobis*] *ille nobis est quem sonum quidem* Dr.

consuetudinem imitans] Cf. C. Jul. Victor p. 107: „*In genere tenui communis consuetudo sermonis imitanda est, ab indisertis plus quam opinione differens. Itaque qui audiunt, quamvis sint infantes, tamen illo modo confidunt se posse dicere: sed nihil est experienti minus possibile.*“ — *consuetudine imit.* Ven. 2.

plus quam opinione differens. Itaque eum qui audiunt,
quamvis ipsi infantes sint, tamen illo modo confidunt
se posse dicere. Nam orationis subtilitas imitabilis qui-
dem illa videtur esse existimanti, sed nihil est expe-
rienti minus. Etsi enim non plurimi sanguinis est, ha-
beat tamen succum aliquem oportet, ut, etiam si illis
maximis viribus careat, sit (ut ita dicam) integra valetu-
77 dine. Primum igitur eum tanquam e vinculis numero-
rum eximamus. Sunt enim quidam, ut scis, oratori
numeri (de quibus mox agemus) observandi ratione quae-
dam, sed alio in genere orationis, in hoc omnino re-
linquendi. Solutum quiddam sit nec vagum tamen, ut in-
gredi libere, non ut licenter videatur errare. Verba
etiam verbis quasi coagmentare negligat. Habet enim
ille tanquam hiatus concursu vocalium molle quiddam
et quod indicet non ingratam quandam negligentiam de
78 re hominis magis quam de verbis laborantis. Sed erit
videndum de reliquis, cum haec duo ei liberiora fuerint,
circuitus conglutinatioque verborum. Illa enim ipsa con-
tracta et minuta non negligenter tractanda sunt, sed
quaedam etiam negligentia est diligens. Nam ut mulie-
res esse dicuntur nonnullae inornatae, quas id ipsum de-

---

imitabilis quidem illa] Ven. 1. Med. Ju. Aldd. Cr. L. — *imit. illa quidem* Vit. Dr. ac recentt. edd. cf. §. 44.

sed nihil est] *sed nihil esset* Dr.

primum igitur eum] *p. ig. eam* sc. subtilitatem not. L.

77. *e vinculis*] om. *e* Vit.

sunt enim quidam] *quidem* L.

oratori numeri] *oratorii* Dr. Mon. Ju. Cr. Gryph. .2. Man. L.

solutum quiddam] *solum quiddam* Dr.

concursu vocalium] J. Victor p. 99. — „*habet hiatus ille et concursus vocalium*“ etc. — *ille t. hiatus et concursus vocalium* Quinct. IX, 4, 37. De re v. Schneid. L. G. T. I. p. 165. sqq.

non ingratam quandam n.] Sic Jul. Vict. l. l. p. 107. — om. *quandam* Ceteri.

de re hom. magis] *magis de re hominis quam de verbis l.* J. Vict. l. l. — negligentiam hominis de re magis. mg. Gothofr.

78. *quas id ipsum*] *quasi id i.* Codd. ap. Grut. Mon. Ven. 1. 2 Med. Tul. Schir. — *quasi ad ipsum* Dr. Quinct. VIII, 3, 87. „*Nam ipsa illa ἀφέλεια simplex et inaffectata habet quendam purum, qualis etiam in feminis amatur, ornatum, et sunt quaedam velut e tenui diligentia circa proprietatem significationemque munditiae.*“

ceat: sic haec subtilis oratio etiam incomta delectat. Fit enim quiddam in utroque, quo sit venustius, sed non ut appareat. Tum removebitur omnis insignis ornatus quasi margaritarum, ne calamistri quidem adhibebuntur.
Fucati vero medicamenta candoris et ruboris omnia re- 79
pellentur: elegantia modo et munditia remanebit. Sermo purus erit et Latinus: dilucide planeque dicetur: quid
deceat, circumspicietur. Unum aderit (quod quartum 24
numerat Theophrastus in orationis laudibus) ornamentum illud suave et affluens, acutae crebraeque sententiae ponentur et nescio unde ex abdito erutae, atque in hoc oratore dominabuntur. Verecundus erit usus oratoriae
quasi supellectilis. Supellex est enim quodammodo no- 80
stra, quae est in ornamentis, alia rerum, alia verborum. Ornatus autem verborum duplex: unus simplicium, alter collocatorum. Simplex probatur in propriis usitatisque

---

subtilis] *subtillis* Vit.
delectat] *delectabit* Sch. 1.
margaritarum] alias ut ap. Fronton. p. 103. Nieb. — „hoc *margaritum* et haec *margarita* neutro gen." V. Charis. p. 83. Putsch. Nonius s. v. — *margaritorum* mg. 1578.
ne calamistri quidem] *nec calamistri qu.* Non. v. *calamistrum.* — Charis. J. G. p. 61. „*Calamistros* Cicero masculine dixit et Varro hunc calamistrum, sed idem in Trifallo, *calamistra.* et Plautus pecten, speculum, *calamistrum meum.*"
adhibebuntur] *adhibentur* Med.
79. *Fucati*] *phucati* Tul. sup. §. 8.
medicamenta] *mendicamenta* Med.
munditia] *mundities* mg. 1584.
Cap. 24. *aderit*] *aberit* Vit. Dr. Ven. 2. Med. Tul. — *abierit* Ven. 1.
in orationis] *orationum* Mon.
ornamentum illud] Tul. L. — *ornatum illud* Ceteri. — *solutum illud* Sch. 1. — *oratorium illud* (τὸ ῥητορικὸν) coni. ap. Or.
acutae crebraeque sententiae] V. de Or. 2, 8. Plin. Ep. I, 16, 2.
et nescio] om. *et* L.
unde ex] *unde et* Dr.
abdito] *adito* Mon.
in hoc orat. dominabuntur] Gryph. 2. L. Steph. Grut. Ern. Or. — *hoc in oratore dominabitur* Ald. 2. — *in hoc oratore dominabitur* Vit. Dr. Ven. 1. Med. Tul. Ju. Vict. Man. — *in hoc orat. dominatur* Ven. 2.
supellectilis] v. Non. h. v.
80. *autem verborum*] om. *verborum* Vit. Ven. 2. Mon.
simplex] *simplicium* Sch.

verbis, quod aut optime sonat aut rem maxime explanat. In alienis aut translatum aut factum aliunde ut mutuo, aut factum ab ipso aut novum, aut priscum et inusitatum. Sed etiam inusitata ac prisca sunt in pro-
81 priis, nisi quod raro utimur. Collocata autem verba habent ornatum, si aliquid concinnitatis efficiunt, quod verbis mutatis non maneat manente sententia. Nam sententiarum ornamenta, quae permanent, etiamsi verba mutaveris, sunt illa quidem permulta, sed, quae emineant, pauciora.

Ergo ille tenuis orator, modo sit elegans, nec in faciendis verbis erit audax, et in transferendis verecundus et parcus, et in priscis reliquisque ornamentis et verborum et sententiarum demissior; translatione fortasse crebrior, qua frequentissime sermo omnis utitur non modo urbanorum sed etiam rusticorum. Siquidem

---

sonat — explanat] *sonant — explanant* L.

aut factum aliunde] *aut sumtum aliunde* Ern. — *et sumtum aliunde* Nizol. L. Sch. 2. Or. Nolui mutare lectionem. firmatur enim nostra lectio satis oppositis illis *aut factum ab ipso.* Nil haererem, si lectio sic esset constituta: In alienis aut translatum et factum aliunde ut mutuo, aut factum ab ipso et novum, aut priscum et inusitatum. Cf. de Orat. III, 37. „*Omnis igitur oratio conficitur e verbis, quorum primum nobis ratio simpliciter videnda est, deinde coniuncte. Nam est quidam ornatus orationis qui ex singulis verbis est; alias qui ex continuatis coniunctisque constat. Ergo utemur verbis aut iis quae propria sunt et certa quasi vocabula rerum, paene una nata cum rebus ipsis; aut iis quae transferuntur et quasi alieno in loco collocantur; aut iis quae novamus et facimus ipsi.*" ib. „*Tria sunt igitur in verbo simplici, quae orator afferat ad illustrandam atque exornandam orationem, aut inusitatum verbum, aut novum, aut translatum.*"

ut mutuo] *aut mutuo* Ven. 1. Med. Tul. Cr. Ju. — *ut mutuum* L.

aut novum] Dr. Vit. Ven. 1. 2. Ju. Aldd. Cr. Ern. — *et novum* Sch. 2. Or. — *ut novum* L. Man.

et inusitatum] *et usitatum* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Tul.

inusitata] *usitata* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Tul.

81. *collocata*] *collata* Ven. 2.

in transferendis] om. *in* Ven. 1. Med.

et parcus, et in priscis rel.] Vit. Dr. Mon. Ven. 1. 2. Med. Ald. 2. Cr. Vict. — *et parcus: in priscis rel.* L. — *et parcus in priscis; reliquisque orn.* etc. Riv. Grut. Sch. Or. Int. et in priscis verbis ceterisque ornamentis demissior.

demissior] *dimissor* Vit.

est eorum, *gemmare vites*, *sitire agros*, *laetas esse se-*
getes, *luxuriosa frumenta*. Nihil horum parum au- 82
dacter, sed aut simile est illi unde transferas, aut, si
res suum nullum habet nomen, docendi causa sumtum,
non ludendi videtur. Hoc ornamento liberius paulo
quam ceteris utetur hic summissus: nec tam licenter ta-
men, quam si genere dicendi uteretur amplissimo. Ita- 25
que illud indecorum (quod quale sit, ex decoro debet in-
telligi) hic quoque apparet, cum verbum aliquod altius
transfertur, idque in oratione humili ponitur, quod
idem in alta deceret. Illam autem concinnitatem, quae 83
verborum collocationem illuminat his luminibus, quae
Graeci quasi aliquos gestus orationis σχήματα appellant,
(quod idem verbum ab his etiam in sententiarum or-
namenta transfertur) adhibet quidem hic subtilis, (quem,
nisi quod solum, cetera recte quidam vocant Atticum,)
sed paulo parcius. Nam sic ut in epularum apparatu a

Siquidem est eorum] om. *est* Dr.

gemmare vites] *vitis* Cr. Cf. Ovid. A. amat. III, 186. — „*cum vere tepenti Vitis agit gemmas.*“

sitire agros.] Sic Vit. Mon. Aldd. Ju. Cr. L. M. Nonius v. *luxuria* Cicero in Orat. *Gemmare vites, sitire agros, laetas segetis, luxuriosa frumenta.* Quinct. VIII, 6, 6. „Necessitate rustici *gemmam* in vitibus (quid enim dicerent aliud?) et *sitire segetes* et *fructus laborare.*“ — *lascivire agros* Dr. Gu. alii ap. Le Clerq. Ven. 1. Med. Tul. Sch. 2. Or.

82. *parum audacter*] *partum audacter* Sch. prob. Or. — Sensus est: haec omnia, ut *gemmare vites*, *sitire agros* etc. audacius quam rusticorum sermo pati videatur, sunt translata: sed quamvis per se audaces sint metaphorae, tamen eo excusantur quod aut similitudinem quandam continent aut inopiae causa sunt sumta.

aut simile] *ut simile* Dr. Ven. 1. Med.

habet nomen] *habeat n.* Mon.

utetur hic summ.] *hic utetur*; *utetur summissus* Ven. 1.

verbum aliquod] *verborum aliquod* Mon.

Cap. 25. *in alta*] Man. Sch. 1. prob. Or. — *in alia* Ceteri.

83. *iis luminibus*] Sic Man. — *his lum.* Ceteri. sup. c. 2.

σχήματα] *schemata* Vit. Dr. Ven. 1. 2.

quod idem verbum] *quod inde v.* Dr. *idem verborum* Mon.

adhibet quidem hic] *adhibet hic quidem* Vit.

cetera recte quidam] Sic Vit. — *ceterum* Ven. 2. Tul. — *ceterorum* mg. Tul. *caetera quur* Append. Var LL. ap. Hervag. 1534. — *ceteroquin* Dr. Ven. 1. Med. Vict. L. Man. Ern. Sch. Or. — *quidem* Grut. Sup. §.75. „*Ac primum informandus est ille nobis, quem solum quidam vocant Atticum.*“

nam sicut] Man. L. Or. Sch. — *nam si ut* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Cr. Vict.

magnificentia recedens non se parcum solum sed etiam
84 elegantem videri volet, eliget quibus utatur. Sunt enim
pleraque apta huius ipsius oratoris, de quo loquor, par-
simoniae. Nam illa, de quibus ante dixi, huic acuto fu-
gienda sunt, paria paribus relata et similiter conclusa
eodemque pacto cadentia, et immutatione literae quasi
quaesitae venustates, ne elaborata concinnitas et quod-
dam aucupium delectationis manifesto deprehensum ap-
85 pareat. Itemque si quae verborum iterationes contentio-
nem aliquam et clamorem requirent, erunt ab hac sum-
missione orationis alienae: ceteris promiscue poterit uti,
continuationem verborum modo relaxet et dividat, uta-
turque verbis quam usitatissimis, translationibus quam
mollissimis: etiam illa sententiarum lumina assumat, quae
non erunt vehementer illustria. Non faciet rempublicam
loquentem, nec ab inferis mortuos excitabit, nec acer-

---

apparatu, a magnif.] *apparatu, aliquis a magnif.* Ald. 2. — om. *a* ante *magnif.* Vit. Dr. Ven. 1. Med.

videri volet] int. *aliquis*, ut de Orat. I, 8. *velit*; II, 20. *possit*; II, 41. *velit*. Cf. Ochsner ad Cicer. Eclogas p. 142. Spald. ad Quinct. II, 15. 12. et V, 11, 21. — *videri solet* Ven. 2. cf. §. 232.

eliget] *eligetque* L.

84. *pleraque apta*] Sic cum Lamb. esse legendum, e Dr., quamvis sit mutilatus ibi locus, apparet. Sic enim exhibet verba: *sunt enim pleraque huius ipsius oratoris de quibus ante dixi* etc. Respondet §. 85. „*Erit enim ut voce sic oratione etiam suppressior. Sed pleraque ex illis convenient etiam huic tenuitati: quanquam iisdem ornamentis utetur horridius.*" — *non sunt enim peraeque apta* Sch. 2. *sunt enim pleraeque apta* Ceteri. *sunt enim peraeque apta* Or. — *Pleraque* int. ornamenta.

acuto] *acute* Ven. 1. Med.

eodemque pacto] *eodem pactoque* Dr.

quasi quaesitae] om. L. *quasi*. Sch. transponere vult ante *quoddam aucupium*. Jul. Victor p. 107. — „*non sequantur illas* (sententias) *similiter conclusa et paria paribus reddita et cetera quae sunt quaesitae venustatis.*"

ne elab.] *nec* Dr.

quoddam] *quodam* Med.

manifesto] *manifeste* Ven. 1. Med. L.

85. *continuationem*] *continuatione* Aldd. Ju. Cr. Vict. Man.

relaxet] *relaxasset* Vit. *relapset* Mon.

utaturque] Jul. Vict. l. l. — „*utatur autem verbis quam usitatis, translationibus quam mollissimis.*"

assumat] *assumet* L. Sch. Or.

non faciet] *nec faciet* Jul. Vict. l. l.

excitabit] *suscitabit* Mon.

vatim multa frequentans una complexione devinciet. Valentiorum haec laterum sunt, nec ab hoc, quem informamus, aut expectanda aut postulanda. Erit enim
ut voce sic oratione etiam suppressior. Sed pleraque ex 86
illis convenient etiam huic tenuitati, quamquam iisdem ornamentis utetur horridius: talem enim inducimus. Accedit actio non tragica nec scenae, sed modica iactatione corporis vultu tamen multa conficiens: non hoc, quo dicuntur os ducere, sed illo, quo significant ingenue, quo sensu quidque pronuntient. Huic generi 26
orationis aspergentur etiam sales, qui in dicendo ni- 87
mium quantum valent: quorum duo genera sunt, unum facetiarum alterum dicacitatis. Utetur utroque: sed altero in narrando aliquid venuste, altero in iaciendo mittendoque ridiculo, cuius genera plura sunt: sed nunc aliud agimus. Illud admonemus tamen, ridiculo 88

---

complexione] *compressione* Mon. cf. de Or. III. §. 182.
valentiorum] Quinct. IX, 2, 29. „Illa adhuc audaciora et *maiorum*, ut Cicero existimat, *laterum*.“
nec ab hoc] *ne* Ven. 1.
aut expectanda] *expetenda* om. *aut* Vit.
erit enim] om. *enim* Mon.
sic oratione etiam] Med. Tul. — *etiam oratione* Dr. Ven. 2. ceteraeq. edd. Jul. Victor. l. l. — *ut voce, sit etiam orat.* Vit. — *in voce sic oratione etiam* Ven. 1.
86. *convenient*] *conveniant* Mon.
accedit] *accedet* L. Sch. Or.
vultu tamen] *tam* Dr. cf. §. 72.
os ducere] v. Ern. Lex. Rhet. L. v. *vultus* et *ducere.* Atque ex eodem fonte alia fluxit locutio ap. Plaut. Mil. Gl. II, 1, 15. *dum labiis ductant eum.* ap. Gell. XVIII, 4. „*Tum ille rictu oris labiorumque ductu contemni a se ostendens.*“
pronuntient] *pronuntiet* Med. *pronumptiet* Mon.
Cap. 26. 87. *aspergentur*] Jul. Victor l. l. *Aspergantur, si opportune possunt, etiam sales.* Malim sane: *aspergantur.*
qui in dic.] om. *in* Dr.
nimium quantum] Vit. Dr. Ven. 1. Junt. 1. Ald. 1. — *mirum quantum* Ald. 2. L. Man. — *nimirum quantum* Ven. 2. Tul. Junt. 2. V. Spald. ad Quinct. IV, 2, 70. Jul. Victor p. 92.: *Sales etiam in dicendo nimium quantum valent.*
utetur utroque] *utroque ut.* Ven. 1. 2. Med. Tul. — J. Vict. l. l. *ridiculorum autem cum duo genera sint - - utetur utroque orator.*
in iaciendo mittendoque] Quinct. VI, 3, 42. „*In narrando autem Cicero consistere facetias putat, dicacitatem in iaciendo.*“ — *remittendoque* Sch. — *mittendoque ridiculo aliquid venuste* Ven. 2. Tul.

D

sic usurum oratorem, ut nec nimis frequenti, ne scur-
rile sit: nec subobsceno, ne mimicum: nec petulanti
ne improbum: nec in calamitatem, ne inhumanum: nec
in facinus, ne odii locum risus occupet: neque aut sua
persona, aut iudicum, aut tempore alienum. Haec
89 enim ad illud indecorum referuntur. Vitabit etiam
quaesita nec ex tempore ficta, sed domo allata, quae
plerumque frigida sunt. Parcet et amicitiis et dignita-
tibus, vitabit insanabiles contumelias, tantummodo ad-
versarios figet, neo eos tamen semper nec omnes nec

---

88. *ne scurrile*] *nec scurrile* Vit.

subosceno

nec subobsceno] *nec suboscuro* Vit. cf. Varro L. L. VII. p. 372 Speng.: „*Obscaenam* dictum ab scaena; ea, ut Graeci aut Acc[ius] scribit, *scena.* In pluribus verbis *a* ante *e* alii ponunt, alii non; ut quod partim dicunt Sceptrum, partim Scaeptrum, alii Faene-ratricem Plauti, alii Feneratricem“ etc.

ne mimicum] *ne inimicum* Med. — *nec mimicum* Tul. — *neo inimi-cum* Vit. Dr. Ven. 1. 2.

ne improbum] *nec i.* Ven. 1. Tul.

ne inhumanum] *nec inh.* Ven. 1. 2. Tul.

nec in fac.] *ne in fac.* Ven. 1.

ne odii] *nec odii* Ven. 1. 2. Tul. Cf. ad h. l. Nonius, v. *scurrile*: „*Ridiculo sic usurum oratorem, ut nec nimis frequenti, ne scurrile sit, nec subobscaeno, ne mimicum, nec petulanti, ne improbum.*“ Sic Perotti; alia vero editio Venet. 1496. sic: —„*ne scurrilis sit, nec obscaeno, ne inimicus, nec petulanti, ne improbus.*“ Jul. Vict. p. 92. „*Id magnae de-bet esset cautionis, ut nec nimis (hoc genus) frequens sit, nec scurrilis videatur, nec subobscenum, nec mimicum, nec petulans, nec improbus, nec in calamitatem, nec inhumanum, nec in facinus, nec odii locum risus occupet: et quod maxime fugiendum est, quia est ineptissimum, ne aut suae personae, aut iudicis aut ceterorum aut tempori aut loco aut rei minus accommodatus iocus et parum opportunus existimetur.*“ *ne odii iocum* Mon.

89. *ex tempore ficta*] *e tempore f.* Med. Ven. 2. om. *ex* Vit. Dr. *e tempore victa* Mon.

domo allata] *illata* Vit. — Cf. Quinct. VI, 3, 33. „*Vitandum etiam ne petulans, ne superbum, ne loco, ne tempore alienum, ne praepara-tum et domo allatum videatur, quod dicimus.*“ Victor l. l. „*Valde etiam frigidum erit ridiculum, si quaesitum et non repente enatum intelli-gatur.*“

frigida sunt] Sic dedi ex Ven. 1. 2. Med. Tul. *vitatis similiter conclusis.* — *sunt frigida* Ceteri.

parcet et] Victor l. l. „*Parcendum amicis qui sint e dignitatibus audientibus kari, vitandae insanabiles contumeliae: tantummodo ad-versarii figendi, nec tamen semper nec omnes nec omni modo.*“

nec omnes] om. Ven. 1. 2. Med. Tul.

omni modo. Quibus exceptis sic utetur sale et facetiis,
ut ego ex istis novis Atticis talem cognoverim neminem,
cum id certe sit vel maxime Atticum. Hanc ego iudico 90
formam summissi oratoris, sed magni tamen et ger-
mani Attici: quoniam quidquid est salsum aut salubre
in oratione, id proprium Atticorum est, e quibus
tamen non omnes faceti. Lysias satis et Hyperides,
Demades praeter ceteros fertur, Demosthenes minus
habetur, quo quidem mihi nihil videtur urbanius, sed
non tam dicax fuit quam facetus. Est autem illud
acrioris ingenii, hoc maioris artis.

Uberius est aliud aliquantoque robustius quam hoc 91
humile, de quo dictum est, summissius autem quam
illud, de quo iam dicetur, amplissimum. Hoc in ge-
nere nervorum vel minimum, suavitatis autem est vel
plurimum. Est enim plenius quam hoc enucleatum:
quam autem illud ornatum copiosumque summissius.
Huic omnia dicendi ornamenta conveniunt, plurimum- 27
que est in hac orationis forma suavitatis. In qua multi 92

---

sale et fac.] *salibus* L. mg. 1584.
ex istis] om. *ex* Tul.
90. *quicquid est salsum*] Qut. VI, 3, 18. „Nam et Cicero, *omne quod salsum sit, ait esse Atticorum.*" — *quicquid est sanum in oratione* L.
proprium] *proprie* Oxon.
Atticorum est] om. *est* Vit.
fertur] om. Mon.
Demosthenes] Qut. VI, 3, 21. „Demosthenem *urbanum* fuisse dicunt, *dicacem* negant."
quo quidem mihi] om. *mihi* Crat.
nihil videtur] om. *videtur* Dr. quod facillime ante *urbanius* excidere poterat, cum in multis codd. per *vr* scribatur *videtur*.
est autem — artis] collocand. putat Gothofr. post verb. *amplissimum* q. sequ.
91. *aliquantoque*] *multoque* Vet. St. — om. *que* Ven. 1. Med.
quam hoc] om. *quam* Dr.
summissius autem] *s. enim* Vet.
genere nervorum vel] *gen. verborum* Vet. Gu. 3. — *nervorum est vel* L.
suavitatis autem etc.] *non minimum suavitas, haud scio si vel plurimum* Vet. — *suavitatis haud scio an plurimum* L. — *sanguinis autem est.* Sch. 2. Om. *est* Ven. 2. Tul.
quam autem] *q. enim* Gu. 3.
Cap. 27. *huic omnia*] *huic fere omnia* Sch. Jul. Victor p. 108. „*Medio autem generi dicendi omnia ornamenta conveniunt, plurimum suavitatis, multum sententiarum.*"
orationis] *ornamenti* Vet. Gu. 3.

floruerunt apud Graecos, sed Phalereus Demetrius meo iudicio praestitit ceteris; cuius oratio cum sedate placideque loquitur, tum illustrant eam quasi stellae quaedam translata verba atque immutata. Translata ea dico, ut saepe iam, quae per similitudinem ab alia re aut suavitatis aut inopiae causa transferuntur. Mutata, in quibus pro verbo proprio subiicitur aliud, quod idem significat sumtum ex re aliqua consequenti.
93 Quod quanquam transferendo fit, tamen alio modo transtulit cum dixit Ennius, *arce et urbe orba sum:* alio modo, si pro patria

---

92. *loquitur*] *labitur* Purgold. Sch. 2. Beier ad Off. T. I. p. 274. — improb. Walch. Emendatt. Liv. p. 204. Demetrii orationis sedati placidique sermonis similis est.

illustrant] *illustrat* Vit. Vet.

translata] Vit. Dr. Mon. Ven. 1. Tul. Aldd. Crat. L. Or. — *tralata* Grut. Ern. V. Martini - Lag. ad Cic. Ep. L. 1. ep. 4. — „*transferebant.* Sic omnes mei. sicque iidem V, 20. *transferri* non *traferri*, ut Victorius e suis ibi protulit, ubi de hac scribendi rat. disputat Castigg. p. 49." — Quanquam Donat. ad Ter. Phorm. Prol. vs. 2 ita dicit: „*Transdere* veteres sonantius, quod nos lenius dicimus *tradere*, ut *tralatum*, nos *translatum* e contrario." Ceterum conf. de Orat. 3, 45. translatum, quod maxime tanquam stellis quibusdam notat et illuminat orationem.

ea dico] *dico ea* Ven. 1. 2. Med. Tul. om. *ea* Dr. Mon.

ab alia re] *ad aliam rem* Dr. Mon. Regii. prob. Or.

mutata] *immutata* Sch. pr. Or. At cf. Quinct. IX, 3, 92. „*Et mutatio — si vero haec appellatio significat ὑπαλλαγὴν, satis de ea dictum est.*" —

verbo proprio] om. *proprio* Dr. Gu. 3. Vet. — *verbo proprio proprium subi.* Sch. 2. — Quinct. VIII, 6, 23. „*Nec procul ab hoc genere discedit μετωνυμία, quae est nominis pro nomine positio; cuius vis est, pro eo, quod dicitur, causam propter quam dicitur, ponere, sed ut ait Cicero, ὑπαλλαγὴν rhetores dicunt.*"

subiicitur] *subicitur* Vit. Dr.

93. *quum dixit*] *quod dixit* Vet. — *cum dicit Ennius* Vit.

arce et urbe orba sum] G. Hermannus benevole mecum communicavit Fr. Reizii exemplar Ciceronianum, in quo haec ad h. l. adscripta vidi: „Non de Roma a Gallis incensa, ut Gruterus voluit, sermo est, imo de Troia incensa, nam locus est ex Andromacha Ennii cf. Tuscul. Qu. 3, 19. §. 44. Ego Ciceronem puto scripsisse: arce et urbe orba sum: alio modo, si pro patria arcem et urbes dixisset." Vides consentire Reizium cum Lambino, etsi pro certo habeo, hanc ex ingenio Reizii fluxisse restitutionem, non ex edit. Lambini esse huc translatam. „erat enim vir ut beatissimus ingenio doctrinaque, sic parum instructus a supellectile literaria." Andromacha autem dixisse videtur pro *Troia est incensa*, *arce et urbe orba sum*, aut consequens pro eo quod proprie significatur. cum vero pro patria arcem et urbem dixisset, metaphora esset, quod simile est quiddam illi, unde transtuleris. — *arcem et urbem orbas* Vit. Dr.

arcem et urbem dixisset; et *horridam Africam terribili tremere tumultu* cum dicit, pro Afris immutat Africam. Hanc ὑπαλλαγὴν rhetores, quia quasi summutantur verba pro verbis: μετωνυμίαν grammatici vocant, quod nomina transferuntur. Aristoteles autem translationi 94
haec ipsa subiungit et abusionem, quam κατάχρησιν vocant, ut cum minutum dicimus animum pro parvo, et abutimur verbis propinquis, si opus est vel quod delectat vel quod decet. Iam cum fluxerunt continuae

---

Ven. 1. 2. Iu. Aldd. *orbas* i. e. *orba sum*: nam *s̃*. pro *sum* in codd. poni videbam. *arcent urbem orbam* Vet. *quod dixit eramus arcent urbem orbam* Gu. 3. *ardent urbem orbam* Palatt. 2. pr. Schir. Gr. *arcem et urbem orbam* Mon. *arce et urbe orbam* Or. cetera verba ita transponens: — „*quum dixit Ennius arce et urbe orbam, pro patria arcem dicens: et alio modo horridam* etc. *ardentem urbem orbam* Heinrich.“

alio modo] *et alio m.* Or.

si pro patria arcem et urbem d.] L. Reiz. om. *si* Dr. Mon. — *si propriam arcem d.* Vit. — *si p. p. arceret dix.* Vet. — *si patriam ardere d.* Pal. duo. Grut. Schir. — *si pro patria arcem d.* Ceteri.

horridam Africam] versum integrum laudat Cic. ad Div. IX, 7. „*Africa terribili tremit horrida terra tumultu.*“ et de Orat. III. 42. *horridam affricam* (om. ceteris) *hanc hypallagen* Dr.

tremere] *tremore* Ven. 1. 2. Tul.

immutat] *immutate* Pal. prob. Grut.

ὑπαλλαγὴν rhetores] Quinct. l. l. Sch. Or. — Steph. Cic. Lex. G. L. p. 154.: „*Formam eam orationis qua verba transferuntur, ὑπαλλαγὴν Graeci rhetores, quia quasi summittantur verba pro verbis: μετωνυμίαν grammatici vocant, quod nomina transferantur.*“ — *hypallagen* Ceteri.

summutantur] *sumantur* Ven. 1. Med. Tul. — *summittantur* Steph. — *sumunt tantum* Vet. — *summuntur* Mon.

μετωνυμίαν] *metonomian* Vit. Man. — *metonomiam* Vict. — *metonymiam* Grut. — *metonymian* Crat.

94. *Arist. autem*] *enim* Vet.

κατάχρησιν] *κατάκρησιν* Ald. 2. — *catachresim* Vit. Ven. 1. 2. Cr. L. — *catachrysi* Mon. — Quinct. VIII, 6, 34. — „*κατάχρησις, quam recte dicimus abusionem, quae non habentibus nomen suum accommodat quod in proximo est.*“

vocant] *vocat* Tul.

vel quod delectat] om. Dr.

quod decet] Steph. L. Sch. Ern. Or. Cf. Quinct. VIII, 6, 6. „Id facimus aut quia *necesse* est, aut quia *significantius* est, aut ut dixi quia *decentius*.“ — *quod licet* Vit. Dr. Mon. Ven. 1. 2. Med. Aldd. Tul. Vict. Man. Cf. Fortunatian. A. Rh. L. 3. p. 72. Paris. 1599. „Translatione verborum quot ex causis utimur? quatuor. quibus? necessitatis, decoris, brevitatis, intentionis.“

cum fluxerunt] *confluxerunt* Pal. 2. Gu. 3. *iam cum confluxerunt* Schir.

plures translationes, alia plane fit oratio. Itaque genus hoc Graeci appellant ἀλληγορίαν, nomine recte, genere melius ille, qui ista omnia translationes vocat. Haec frequentat Phalereus maxime suntque dulcissima, et quamquam translatio est apud eum multa, tamen immutatio-
95 nes nusqnam crebriores. In idem genus orationis (loquor enim de illa modica ac temperata) verborum cadunt lumina omnia, multa etiam sententiarum: latae eruditaeque disputationes ab eodem explicantur, et loci communes sine contentione dicuntur. Quid multa? e philosophorum scholis tales fere evadunt: et nisi coram erit comparatus ille fortior, per se hic, quem dico, probabi-
96 tur. Est enim quoddam insigne etiam et florens orationis pictum et expolitum genus, in quo omnes verborum, omnes sententiarum illigantur lepores. Hoc totum e so-

---

continuae plures] Vit. Ven. 1. 2. Med. Tul. Aldd. Vict. L. — *continuo plures* Gu. 3. — *plures continuae* Crat. Grut. Ern. Or.
fit oratio] *ratio* Purgold. — *alta plane fit oratio* Gu. 3.
itaque genus hoc] *itaque hanc* Sch. 2.
ἀλληγορίαν] *allegoriam* Ven. 1. 2.
nomine recte] *nomine recto* Dr. Tul. — *nomine recto genere. Melius* Med. — *genus melius* Gu. 3. — *nomine recti* Ven. 1. 2.
ista omnia] *ista nomina* Vet.
sunt que] *sunt enim* Ven. 1. Med. — om. *que* Vit.
dulcissima] *dulcissime* Dr.
immutationes n.] *mutationes* Ven. 1. Med. — *immutationes nusquam verbi quam creb.* Vet.
95. *modica ac*] *modica et* Vit.
multa etiam] *multae* Vit. Ven. 1. 2. Med. Tul. — *multa enim* Dr.
latae] *laetae* Gulielm. et J. Vict. p. 108. „*Medio autem generi dicendi omnia ornamenta conveniunt, plurimum suavitatis, multum sententiarum, laetae eruditaeque disputationes et communes loci sine contentione dicentur.*" — *latus* et *eruditus* optime et ubique fere iunguntur: at *laetus* et *eruditus* ut in vita sic in disputationibus raro sunt iuncta!
explicantur] *explicabuntur* Gu. 3. Heusing. Sch. Or.
dicuntur] *inducuntur* L. — *dicentur* Gu. 3. Sch. Or. ac Jul. Vict. l. l.
evadunt] *evadent* Gu. 3. Steph.
hic quem dico] *ipse quem d.* Ven. 2. Tul. — *hoc quod dico* Steph.
96. *est enim qu. insigne etiam*] Crat. — *est enim quoddam et insigne* Man. — *est enim qu. insigne et florens pictum et expol. orationis genus* L. — *est autem quoddam etiam ins. et fl. orationis picta et expolitae genus* Heusing. — *est enim quodd. etiam* Vit. Ven. 2. Tul. Vict. Grut. Ern. — *est quoddam etiam* om. *enim* Ald. 1. *est enim etiam q. i.* Ven. 1. Med. om. *etiam* Dr. prob. Or.
illigantur lepores] *alligatarum lepores sunt* Vet. — *alligantur* Ven. 1.

phistarum fontibus defluxit in forum, sed spretum a subtilibus repulsum a gravibus in ea, de qua loquor, mediocritate consedit.

Tertius est ille amplus, copiosus, gravis, ornatus, in 28
quo profecto vis maxima est. Hic est enim, cuius orna- 97
tum dicendi et copiam admiratae gentes eloquentiam in civitatibus plurimum valere fassae sunt, sed hanc eloquentiam, quae cursu magno sonituque ferretur, quam suspicerent omnes, quam admirarentur, quam se assequi posse diffiderent. Huius eloquentiae est tractare animos, huius omni modo permovere. Haec modo
perfringit, modo irrepit in sensus; inserit novas opinio- 98
nes, evellit insitas. Sed multum interest inter hoc dicendi genus et superiora. Qui in illo subtili et acuto elaboravit, ut callide arguteque diceret, nec quidquam altius cogitaret: hoc uno perfecto magnus orator est, si non maximus; minimeque in lubrico versabitur, et si semel constiterit, nunquam cadet. Medius ille autem, quem modicum et temperatum voco, si modo suum illud satis instruxerit, non extimescet ancipites dicendi

---

defluxit] Jul. Vict. l. l. — „*hoc solum totum genus est sofistarum fonte defluxum in forum.*"
subtilibus] *sutilibus* Vit.
in ea de qua] *in ea demum, de qua l.* 3. Vict. l. l.
Cap. 28. 97. *tertius est*] om. *est* Ven. 2.
ornatum dicendi] om. *dicendi* Ven. 2. *cuius ornatum vis dicendi* Gu. 3.
plurimum] *pluribus* Gu. 3.
fassae sunt] Sic dedi e Vit. — *passae sunt* Ceteri.
cursu magno] Jul. Vict. l. l. „*Tercia est vehemens forma dicendi quae cursu magno fertur et sonitu, tragica quadam et excelsa sublimitate dicendi.*"
sonituque] om. Vit.
quam suspicerent] *qui susciperent qui admirarentur qui se* Vet.
permovere] *promovere* Ven. 1.
arguteque] *acuteque* Gu. 3.
98. *quidquam*] *quisquam* Ven. 1.
perfecto] Vit. Dr. Grut. Or. *profecto* Mon. Ven. 1. 2. Med. Tul. Aldd. Ju. L. *profectus* Vet. *uno hoc perfectus* Gu. 3.
maximus] *maximis* Mon.
constiterit] Jul. Vict. ita pergit: — „*et hoc a superioribus vel maxime differens, quod illa optime versantur in lubrico, et si semel constiterint nunquam cadunt nec extimescunt ancipites dicendi incertosq. casus.*" De voce *consistere* v. sup. §. 30.
extimescet] Gu. 3. Steph. L. Ern. Sch. Or. *extimescit* Ceteri.

incertosque casus: etiam, si quando minus succedet, ut saepe fit, magnum tamen periculum non adibit. Alte
99 enim cadere non potest. At vero hic noster, quem principem ponimus, gravis, acer, ardens, si ad hoc unum est natus aut in hoc solo se exercuit aut huic generi studet uni, nec suam copiam cum illis duobus generibus temperavit, maxime est contemnendus. Ille enim summissus, quod acute et veteratorie dicit, sapiens iam, medius suavis, hic autem copiosissimus, si nihil est aliud, vix satis sanus videri solet. Qui enim nihil potest tranquille, nihil leniter, nihil partite, definite, distincte, facete dicere, praesertim cum causae partim totae sint eo modo, partim aliqua ex parte tractandae: si is non praeparatis auribus inflammare rem coepit, furere apud sanos et quasi inter sobrios bacchari vinolentus videtur.

100 Tenemus igitur, Brute, quem quaerimus, sed animo, non manu. manu si prehendissem, ne ipse quidem sua tanta eloquentia mihi persuasisset, ut se dimitterem

---

adibit] *adhibit enim cadere* Dr.
alte] *aliter* Ven. 2. Tul. *alter* Mon.
99. *at vero hic*] *at vero inquam hic* Vet. Jul. Victor l. l. „*At vero hic gravis, acer, ardens et in periculum praeceps est, et si hoc solum possit quod profitetur, vix satis sanus videri solet.*“ — *in hoc solo*] om. *in* Med.
studet] *studuit* Gu. 3. Steph. L. Sch.
cum illis] om. *cum* Gu. 3. L. Sch. 2. Or. Sed v. in Somn. Scip. c. 5. acuta *cum* gravibus *temperans*.
s. iam: medius] *sapiens: iam medius* L. — *melius suavis* Dr.
partite] *parce* Vit.
definite] *deffinite* Tul.
facete] Fort. excidit ante hoc voc. *nihil*. — *distincte facere*, *dicere* Ven. 2.
totae] Jul. Vict. l. l. — „*praesertim cum causae partim tutae sint eo modo partim aliter tractandae.*“
rem coepit] *coeperit* L. Steph.
si is] *is si* Ern. suspic.
bi
vinolentus videtur] *vinolentus iis videtur* Vit. — *videbitur* L. Steph. — *vinulentus videntur* Dr.
100. *sed animo non manu. manu si preh.*] bis posui vocab. *manu*: in ceteris lectionem retinui Vit. Dr. Ven. 1. 2. Vict. Tul. — *sed animo. nam manu si preh.* Med. L. Steph. Grut. Ern. Or. — *sed animo. nam manu si comprehendissem* Aldd. Ju. Crat. Camer. Gryph. L — *prehendidissem* Vit.
ne ipse qu.] *ut ipse qu.* Vet. St.

Sed inventus profecto est ille eloquens, quem nunquam 29
vidit Antonius. Quis est igitur is? Complectar brevi, disseram pluribus. Is est enim eloquens, qui et humilia subtiliter et magna graviter et mediocria temperate potest dicere. Nemo is, inquies, unquam fuit. Ne fuerit. Ego 101
enim, quid desiderem, non, quid viderim, disputo, redeoque ad illam Platonis, de qua dixeram, rei formam et speciem, quam etsi non cernimus tamen animo tenere possumus. Non enim eloquentem quaero neque quidquam mortale et caducum, sed illud ipsum, cuius qui sit compos, sit eloquens: quod nihil est aliud nisi eloquentia ipsa, quam nullis nisi mentis oculis videre possumus. Is erit igitur eloquens, (ut idem illud iteremus) qui poterit parva summisse, modica temperate, magna graviter dicere. Tota mihi causa pro Caecina de verbis 102
interdicti fuit: res involutas definiendo explicavimus, ius civile laudavimus, verba ambigua distinximus. Fuit

---

Cap. 29. *quis est igitur is?*] *quid est igitur? Compl.* Ven. 1. — *quod est igitur? sed compl.* Tul. Ven. 2. — *quis est igitur? Sed compl.* Mon.

is est enim] Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. Vict. Or. Beier ad Cic. Off. T. 2. p. 152. — *is enim est* Ald. 1. Grut. Sch.

et humilia] om. *et* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul.

et magna] *et alta* Gu. 3. Vet. Sch. Or. Equidem non audeo fere quidquam recipere e Gu. 3. vel Vet. Steph., cum singula prope verba Ciceronis in his codd. aut plane perversa aut de industria mutata videantur.

101. *ne fuerit*] *nec fuerit* Ven. 1. 2. Med. Aldd. Tul. Ju. Crat. — *nedum tu fueris* Dr. Vet. — *nedum cum fueris* Gu. 3. *nedum tu videris* Cod. Gud.

quid desiderem] *quod* Ald. 2.

dixeram] v. c. 3, 9.

eloquentem] add. Sch. *qui fuerit s. qui vixerit* aut leg. vult: *non enim hominem quaero.* — *non enim unum eloquentem q.* Or. suspic. cf. §. 123. — „*haec enim sapientia maxime adhibenda eloquenti est*" etc.

cuius qui s. c. s. eloqu.] *cuiuscunque sit compositum* Vet.

nihil] *mihi* Ven. 1.

idem illud] *illud idem* Dr. Mon. Aldd. Ju. Crat. L. — om. *illud* Ven. 1. 2. Med. Tul.

poterit] *poteris* Man.

102. *Caecina*] qua de scriptura v. Spald. ad Qut. 2. p. 268. et 286. Schneid. L. G. T. 1. p. 423. — *Caecinna* Med. Tul. — *Cecina* Dr. Crat. Vict. — *Cecinna* Vit. Aldd. L. —

Caecina de v. i. fuit] *Cecinna revera fuit* Vet.

ornandus in Manilia lege Pompeius: temperata oratione ornandi copiam persecuti sumus. Ius omne retinendae maiestatis Rabirii causa continebatur: ergo in omni ge-
103 nere amplificationis exarsimus. At haec interdum temperanda et varianda sunt. Quod igitur in Accusationis septem libris non reperitur genus? quod in Aviti? quod in Cornelii? quod in plurimis nostris defensionibus? quae

---

ornandus] *ornatus* Dr.
Manilia lege] *lege Manilia* Ven. 1.
ornandi copiam] *dicendi copiam* Mon.
Rabirii] *rabiri* Vit.
continebatur] *continebat* Med. Tul.
in omni genere a.] om. *in* L. — *in eo genere mollificationis* Vet.

103. *temperanda et v.*] *varianda et temp.* Dr. *comparanda* Mon.
Accusationis septem libris] Orationes eae, quibus causa Verrina continebatur, una cum Divinatione in Caecilium (qui est causae Verrinae prologus) in unum volumen redactae erant. Sunt septem atque sub Accusationis nomine sunt editae. cf. §. 103. ubi Cicero, cum de eadem re, de qua hic, eodemque modo dicit, simpliciter Accusationem suam laudat. Apud grammaticos ut Nonium et Priscianum simile habent nomen Verrinarum actionum. Neque aliter iidem has orationes laudare solent nisi ita, ut sub Verrinarum libro primo Divinationem in Caec. intelligant. v. Prisc. l. XVII 21. T. 2. p. 85. ed. Kr.: Cicero in Verrinarum primo i. e. Divinat. in Caecil. C. 13. ibid. p. 144. v. Nonius v. *reticulum*: Tullius in Verrin. actione VII. = Act. II, 5, 11. Prisci. l. VI, c. XI. p. 259. Cicer. in IV. Verrin. = Act. II. orat. II. c. 54. Prisc. VII. c. VI. p. 307: Cic. in tertio Verrin. (Act. II. l. 1. c. 3.) ibid. p. 347. Cic. in Verr. IV. (i. e. Act. 2. Or. 2, 13.) ib. p. 368. Verrin. III. (i. e. Act. II. Or. 1. c. 6.) cf. ceteros locos ap. eundem: Tom. I. p. 347, 409, 465, 469, 482. — Videmus ergo hunc Accusationis libros septem laudandi morem vulgarem fuisse apud antiquos: quare dissentio a Lamb. mutante codicum lect. in *quinque libris*, (quam receperunt Ern. Sch. Or.) quasi Divinatio in Caecilium et Actio prima in Verrem non ad eandem Accusationem pertinerent. Quanquam autem haec, quam dixi, numerandi ratio plerumque in usu erat, multi tamen sunt loci auctorum, ubi alio modo Verrinae laudantur orationes, nempe ita, ut Divinatio separatim et Actio prima et Actionis secundae libri quinque accurate significentur. Ac quia uno solo libro Actio prima continetur, Actio secunda autem quinque libris, negligentius interdum hac in re versantur scriptores, libris solis, secundo, tertio, quarto, vel quinto laudatis, non addito simul nomine Actionis secundae. Sic Cicero infra c. 62. *nos in Accusationis secundo* intell. in Accusationis Actionis secundae libro secundo. negligentius quidem, sed ita ut errare nemo posset, praesertim cum additum sit *de Siciliae laude*, qua de re non in alia Accusationis oratione dixit.
Aviti] *abiti* Vit. — *Habiti* Mon. Ven. 1. 2. Med. Tul. Aldd. Man. Vict. Cr. L. quae scriptura constanter ap. Quinct. valet. v. Spald. ad l. IV, 2, 16. cf. inf. §. 108.
in plurimis] *in pluribus* Vit. Ven. 1. 2. Med.

exempla selegissem, nisi vel nota esse arbitrarer vel posse eligere qui quaererent. Nulla est enim ullo in genere laus oratoris, cuius in nostris orationibus non sit aliqua, si non perfectio, at conatus tamen atque adumbratio. Non assequimur, at si quid deceat videmus. Nec 104
enim nunc de nobis sed de re dicimus: in quo tantum abest, ut nostra miremur, ut usque eo difficiles ac morosi simus, ut nobis non satisfaciat ipse Demosthenes; qui quamquam unus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non semper implet aures meas: Ita sunt avidae et capaces, et semper aliquid immensum infinitumque desiderant. Sed tamen, quoniam et hunc tu orato- 30
rem cum eius studiosissimo Pammene, cum esses Athe- 105

---

quae exempla] *quaeque ex.* Vet.

posse eligere] Vit. Dr. Mon. Ven. 1. 2. Aldd. Vict. Grut. *posse eligere qui quaereret* Gryph. 1. 2. — *quaeque exempla legissem, ni vel nota esse accusarentur vel opes possent legere* Gu. 3. — *in iis vel nota esse qui accusarentur vel defenderentur, vel per se possent eligere qui quaererent.* Vet. — *vel per se possent eligere qui quaererent.* Or. — *vel ipsi possent legere* Sch. 1. — *vel ipsi possent eligere qui quaererent* Sch. 2.

laus oratoris] om. *oratoris* Gu. 3. Sch. 1. — *oratoria* Or. coni.

cuius in] *cuius quae in* Ven. 1.

non sit aliqua] *non fuit aliqua* Dr.

at conatus] *at ornatus* Mon. cf. §. 210. — „id nos fortasse non perfecimus, conati quidem saepissime sumus."

104. *non assequimur*] *si non ass.* C. Regii. Gud. L. Sch. 1. Le Clercq.

at, si quid deceat] *atqui si quid deceat* Dr. — *at quicquid deceat* Vit. — *at quid sit quid deceat* Ven. 1. — *at quid sit: si quid deceat,* Med. — *at quid sit quod deceat* Ven. 2. Tul. Junt. 2. — *at quid deceat* Aldd. Vict. Man. Grut. *atque si quid deceat* Gu. 3. — *at quid si quid deceat* Mon.

de nobis] *vobis* Ven. 1. 2. — *nobis se de re* Vit.

ut usque eo] *et usque eo* Vet.

ac morosi] *ac* om. Ven. 1. Med. — *et mor.* Vit.

nobis non] *nobis interdum non* Sch. suspic.

Demosthenes] Quinct. X, 1, 24. — „*cum Ciceroni dormitare interim Demosthenes*, Horatio vero etiam Homerus ipse videatur." Quorum prius membrum fragmentum continet ex epistola quadam Ciceronis, (ut ex Plut. Cicer. c. 24. patet) quodque inter fragmenta huius viri erit reponendum.

in omni] om. Gu. 3. Vet. St.

et semper] *et saepe* Dr. Tul.

Cap. 30. 105. *quoniam*] *quoniam tu et hunc* L. — *quod iam et hunc tu* Vit. Mon. Ven. 1. Vict. — *quod iam tum et h.* Dr.

Pammene] v. Cic. Brut. c. 97. „Nam quid te exercuit Brute, *Pam-*

nis, totum diligentissime cognovisti neque eum dimittis e manibus, et tamen nostra etiam lectitas, vides profecto illum multa perficere, nos multa conari: illum posse, nos velle, quocumque modo causa postulet, dicere. Sed ille magnus: nam et successit ipse magnis et maximos oratores habuit aequales. Nos magnum fecissemus, si quidem potuissemus, quo contendimus, pervenire in ea urbe, in qua (ut ait Antonius) auditus eloquens nemo
106 erat. Atqui si Antonio Crassus eloquens visus non est aut sibi ipse, nunquam Cotta visus esset, nunquam Sulpicius, nunquam Hortensius. Nihil enim ample Cotta, nihil leniter Sulpicius, non multa graviter Hortensius. Superiores magis ad omne genus apti, Crassum dico et Antonium. Ieiunas igitur huius multiplicis et aequabiliter in omnia genera fusae orationis aures civitatis acce-

---

menes, vir longe eloquentissimus Graeciae?" — *Lammene* Dr. Ven. 1. — *priamene* Ven. 2. Tul. — *eius studiosissimo palmam, cum esses Athenis, attribueres, totum* Vet. — *oratorem cum ei studiosissimo palmam cum esses Athenis attribueres totum* Med.

neque eum] *neque enim* Ven. 1. 2. Med. Tul. *nec eum dimittis e manibus* Gu. 3.

nostra etiam] *etiam nostra* Dr.

modo] om. Vit.

Sed ille] *nam ille* Vet. Gu. 3.

ipse] *ille* Tul. Gu. 3.

nos magnum fecissemus] *hoc non minus magnum f.* Vet. Est autem in margine Reizii: *magni fuissemus*. quam non omnino probo coniecturam, etsi verecundius id dico. nam primum Horatius eodem modo, quo Cicero, locutus est in Serm. I, 10, 20. „At magnum fecit, quod verbis Graeca Latinis miscuit." Deinde vereor, ne, si dixisset Cicero *magni fuissemus*, nimis arroganter et superbe loqui videretur. nam magnum interest, utrum dixerit aliquis, magnum feci an magnus fui. Pauci enim de se dicere possunt, magni sumus, etsi nonnulli vere dicunt, magnum fecimus.

106. *sibi ipse, nunquam*] *tibi ipse* Vet. — *sibi ipse, tibi nunquam* Vit. Med. Tul.

Cotta visus] om. *Cotta* Dr. Ven. 1. — *contra* Ven. 2. — *Cotta iussus* Vet. St. cf. de C. Aurelio Cotta Ellendt. hist. El. R. p. 95. — de Ser. Sulpicio Rufo ibid. p. 103.

nihil enim] *nunquam ample* Ven. 2. — om. *enim* Med. Tul.

ieiunas] *lenitas* Ven. 2. Tul.

huius multiplicis] om. *huius* Gu. 8.

et aequabiliter[om. *et* Med. Ven. 1. — *et aequaliter* Ven. 2. Tul.

fusae orat.] *orationis fusae* Dr.

aures civitatis] *auris* Cr. cf. §. 46. — *actiones in eis civitatis nostrae* Vet. St. *aviris civ.* Gu. 8.

pimus, easque nos primi, quicumque eramus et quantu-
lumcumque dicebamus, ad huius generis [dicendi] au-
diendi incredibilia studia convertimus. Quantis illa cla- 107
moribus adolescentuli diximus de supplicio parricida-
rum? quae nequaquam satis defervisse post aliquanto
sentire coepimus. *Quid enim tam commune quam spi-
ritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus
eiectis? Ita vivunt, dum possunt, ut ducere animam
de caelo non queant: ita moriuntur, ut eorum ossa terra
non tangat: ita iactantur fluctibus, ut nunquam alluan-
tur; ita postremo eiiciuntur, ut ne ad saxa quidem mor-
tui conquiescant,* et quae sequuntur. Sunt enim omnia

---

easque nos] *itaque nos qualitercunque orabimus* Vet. St. — *easque non* Tul.

dicebamus] *docebamus* Mon.

[*dicendi*]] om. Gu. 3. Man. Sch. Ern. Or.

107. *de supplicio parricid.*] *de sulpicio parricidarum* Vit. Med. — *patricidarum* L. qua de scriptura v. Schneid. L. G. T. 1. p. 430. — om. haec verba Gu. 3. Palat. 2. 3.

nequaquam satis defervisse] Contrarium memorat Quinct. XII, 6, 4. — „si qua sunt dicta iuveniliter, pro indole accipiuntur, ut totus ille Ciceronis pro S. Roscio locus: *Quid enim tam commune quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectis? Quae cum sex et viginti annos natus, summis audientium clamoribus dixerit, defervisse tempore et annis liquata iam senior idem fatetur.*"

defervisse] Vit. Dr. Mon. Quinct. — *deseruisse* Med. Ven. 2. — *quae nequaquam deseruisse* om. *satis* Tul. — *deferbuisse* (quae est recentiorum Romanorum forma) Aldd. Vict. Man. L. ac recentt. Cf. Lamb. ad Cic. Or. p. Coel. c. 18. Brut. c. 91.

post aliquanto] *post quanto* Dr. Ven. 1. Mon.

quid enim tam c.] *etenim quid tam est commune* Cic. p. S. Rosc. c. 26.

mare fluctuantibus] *mare eluctantibus* Vet. — *mare fluctibus* Dr. Mon. Ven. 1. 2. Med. Tul. — *mare naufragis* Vit.

non queant] om. *non* Vet.

terra non tangat] Vit. Dr. Mon. Ven. 1. Vict. Codd. Regii. Grut. Or. — *terram non tangant* Aldd. Junt. L. Cr. Ern. Sch.

alluantur] Dr. Mon. Ju. Cr. Man. L. Grut. Steph. Sch. 2. *abluantur* Vit. Ven. 1. 2. Med. Tul. Vet. Ern. Or. Sed prior lectio vehementer placet: respondent enim accurate haec quae praecedunt: ita moriuntur, ut eorum ossa terra *non tangat*. neque aliud quidquam Cicero significare vult, nisi non commune esse parricidis id, quod ceteris hominibus maxime sit commune. ergo animam non ducunt de coelo, non tanguntur a terra, a fluctibus non alluuntur, ne a litore quidem recipiuntur.

eiiciuntur] *eiciuntur* Vit.

ne ad saxa q.] *nec ad s. q.* Vit.

sequuntur] *secuntur* Vit.

sicut adolescentis non tam re et maturitate quam spe et expectatione laudati. Ab hac indole iam illa matura:
108 *Uxor generi, noverca filii, filiae pellex.* Nec vero hic unus erat ardor in nobis, ut hoc modo omnia diceremus. Ipsa enim illa pro Roscio iuvenilis redundantia multa habet attenuata, quaedam etiam paulo hilariora ut pro Avito, pro Cornelio compluresque aliae. Nemo enim tam multa orator ne in Graeco quidem otio scripsit quam multa sunt nostra, eaque hanc ipsam habent, quam probo, varietatem.

31 An ego Homero, Ennio, reliquis poetis et maxime tra-
109 gicis concederem, ut ne omnibus locis eadem contentione uterentur crebroque mutarent, nonnumquam etiam ad quotidiani genus sermonis accederent: ipse nunquam ab illa acerrima contentione discederem? Sed quid poetis divino ingenio profero? Histriones eos vidimus, quibus nihil posset in suo genere esse praestantius, qui non so-

---

laudati] *laudata* Vit. Gu. 3. Vet. L. Or. — Cf. Cic. ap. Servium ad Aen. VI, 877. „*Fanni, causa difficilis laudare puerum: non enim res laudanda sed spes est.*"

ab hac indole] *ab hac etiam indole* L. Steph.

generi] *gener* Ven. 1. Med. V. Cic. p. Cluent. c. 70.

108. *hic unus erat*] *hic erat unus* Vit. Dr. Mon. Gu. 3. Vict. Sch.

ut hoc modo] *ut huius modi* Vet.

omnia diceremus] *diceremus omnia* Gu. 3. Sch.

pro Roscio] *pro Rabirio* in append. V. L. ed. Hervag. 1534.

iuvenilis] *iuvenibus* Ven. 1. — *ipsa enim illa* (oratio) *pro Roscio iuvenili redundantia* Sch. suspic.

ut pro Avito] L. Ern. Sch. Or. — *at p. A.* Ceteri. De voc. *Avit.* §. 103.

nemo enim tam multa orator] Sic dedi e Ven. 1. 2. Med. Tul. — *nemo enim orator tam multa* Ceteri.

ne in Graeco q.] *nec in greco quidem ocio* Vit. — om. *ne* Dr.

Cap. 31. 109. *eaque*] *ea quae* Ven. 2. Tul. — *eae quid* Ald. 2. Gryph. 1.

et maxime] om. *et* Vit. *et maximis* Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. *maximis* om. *et* Mon.

omnibus locis] om. *locis* Dr.

ad quotidiani genus sermonis] Sic dedi e Dr. — *ad quotidianum genus sermonis* Ceteri. *sermones* Mon.

discederem] *descenderem* Dr.

vidimus] Aldd. Ju. L. Gryph. 1. Ern. Or. — *audimus* Ven. 1. Med. — *videmus* Vit. Dr. Mon. Vict. M. Grut. Vet. St.

in suo genere] *meo genere* Mon.

qui non] *quam non* Tul.

lum in dissimillimis personis satisfaciebant, cum tamen in suis versarentur, sed et comoedum in tragoediis et tragoedum in comoediis admodum placere vidimus. Ego non elaborem? Cum dico me, te, Brute, dico. 110
Nam in me quidem iampridem effectum est, quod futurum fuit. Tu autem eodem modo omnes causas ages? aut aliquod causarum genus repudiabis? aut in iisdem causis perpetuum et eundem spiritum sine ulla commutatione obtinebis? Demosthenes quidem, cuius nuper inter imagines tuas ac tuorum, (quod eum credo amares) cum ad te in Tusculanum venissem, imaginem ex aere vidi, nihil Lysiae subtilitate cedit, nihil argutiis et acumine Hyperidi, nihil laevitate Aeschini et splendore verborum. Multae sunt eius totae orationes subtiles ut 111
contra Leptinem: multae totae graves ut quaedam Philippicae: multae variae ut contra Aeschinem falsae, legationis, ut contra eundem pro causa Ctesiphontis. Iam illud medium quoties vult arripit, et a

---

personis satisfac.] *dissimillimis faciebant* Vet.
sed et comoedum] om. *et* Dr.
vidimus] Vit. Ven. 1. 2. Med. Tul. Aldd. Ju. Vict. M. L. Ern. Sch. Or. — *videmus* Dr. Grut.
110. *elaborem*] *elaborarem* Ven. 2. Tul. Steph.
Cum dico me] *me quum dico* Gu. 3. Sch. 1.
effectum est] Brut. c. 92. — „*quum autem anno post e Sicilia me recepissem, iam videbatur illud in me, quicquid esset, esse perfectum, et habere maturitatem quandam suam.*"
tu autem] *tu aut* Man. — *tu autem si eodem* Vet.
ages? aut repudiabis?] *agis ut repudiaris* Gu. 3.
in iisdem] *eisdem e.* om. *in* Gu. 3.
et eundem] om. *et* Sch. 2.
Demosthenes quidem] om. *quidem* Ven. 1. Med.
credo] *crebro* Mon. cf. Brut. c. 93. *credo, quod videret* etc.
subtilitate] *subtilitati* Dr.
nihil] *nil* Gu. 3. ter.
acumine] *acumini* Dr. Ven. 1. 2. Tul.
Hyperidi] *Hyperidis* Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul.
laevitate] Sic scripsi. *levitate Aeschini* Ven. 2. *levitati Aeschinis* Ven. 1. *lenitate* Ceteri omnes. Non convenit Aeschini peculiare nomen lenis oratoris: nam vehementissime saepe loquitur. Sed laevitatem illi potissimum et splendorem verborum tribuimus.
111. *multae totae*] Dr. Man. Grut. Sch. Or. *multae et totae* Vit. Mon. Vet. Aldd. Ju. Cr. Vict. *multae sunt et totae* Ven. 1. 2. Tul. *multae sunt totae* Med.
quoties] *quotiens* Vit.

gravissimo discedens eo potissimum delabitur. Clamores tamen tum movet, et tum in dicendo plurimum efficit,
112 cum gravitatis locis utitur. Sed ab hoc parumper abea-mus quandoquidem de genere non de homine quaeri-mus. Rei potius, id est, eloquentiae vim et naturam ex-plicemus. Illud tamen, quod iam ante diximus memi-nerimus, nil nos praecipiendi causa esse dicturos, atque ita potius acturos, ut existimatores videamur loqui non magistri. In quo tamen longius saepe progredimur, quod videmus non te haec solum esse lecturum, qui ea multo quam nos, qui quasi docere videamur, habeas notiora: sed hunc librum etiam si minus nostra commendatione tuo tamen nomine divulgari necesse est.

32 Esse igitur perfecte eloquentis puto, non eam solum
113 facultatem habere, quae sit eius propria, fuse lateque dicendi, sed etiam vicinam eius atque finitimam dialecti-corum scientiam assumere. Quanquam aliud videtur ora-tio esse aliud disputatio, nec idem loqui [esse], quod

---

et a gravissimo] *ut a gravissima* Ven. 1. — *et a gravissima* Ve… — om. *a* Vit.
discedens] *descendens* Sch. 2.
tum movet] *cum m.* Ven. 2. Tul. — *tamen non mori.* in app… V. L. ed. Hervag.
quum gravitatis] *cum gravissimis* Vet.
112. *meminerimus*] *commemoremus* Vet.
nil nos] *nihil non* Vet.
esse dicturos] om. *esse* Ven. 1. Med. Ern. Or.
existimatores] *existimatores esse vid. loqui* Vit. — *existimatione v.*… *non magisterio* Gu. 3. Vet. — *aestimatores* Ald. 2. cf. inf. c. 41.
longius saepe p.] Gu. 3. Dr. Vet. Sch. 2. Or. — om. *saepe* Cete…
progredimur] *progrediemur* Cr.
non te haec solum] *hoc te non solum* Ven. 1. Med. — *hoc te n…* *haec solum* Ven. 2. Tul.
qui quasi docere] *qui ea docere* L. Steph.
habeas] *habes* Ven. 1. 2. Med. Tul.
commendatione] om. Ven. 1.
divulgari necesse est] *necesse est divulgari* L. — *div. necesse e…* Ern. suspic. V. Bremi de Fato p. 80.
Cap. 32. 113. *esse igitur perfecte eloquentis*] *rem igitur pe…* *sequi eloquentis* Vet.
non eam solum] *non eam tantum* Gu. 3. Sch. 2.
atque] *ac* Vit. Mon. L.
quanquam] *quanquam enim aliud videatur esse oratio* L. — *idem loqui* [*esse*] *quod dicere*] om. *esse* Gu. 3. Sch. Or.

dicere: attamen utrumque in disserendo est. Disputandi ratio et loquendi dialecticorum sit: oratorum autem dicendi et ornandi. Zeno quidem ille, a quo disciplina *Stoicorum* est, manu demonstrare solebat, quid inter has artes interesset. Nam cum compresserat digitos, pugnumque fecerat, dialecticam aiebat eiusmodi esse: cum autem diduxerat et manum dilataverat, palmae illius similem eloquentiam esse dicebat. Atque etiam ante hunc 114
Aristoteles principio artis rhetoricae dicit, illam artem quasi ex altera parte respondere dialecticae, ut hoc videlicet differant inter se, quod haec ratio dicendi latior sit, illa loquendi contractior. Volo igitur huic summo omnem, quae ad dicendum trahi possit, loquendi rationem esse notam: quae quidem res (quod te his artibus eruditum minime fallit) duplicem habet docendi viam. Nam et ipse Aristoteles tradidit praecepta plurima disserendi,

---

dicere: attamen] *dicere: et quanquam disputandi ratio et loquendi dialecticorum sit, oratorum autem dicendi et ornandi, attamen utrunque in disserendo est* L. — *dicere: attamen utrunque disserendum. Disputandi* etc. Ald. 2. — *dicere; attamen u. i. d. est, ut disputandi r. et i. d. sit* etc. Sch. 2.

et loquendi] *et eloquendi* Man.

dialecticorum sit: o.] *et dial. sit.* Ven. 2. Tul. — *dialecticorum. Sic oratorum* Ven. 1.

Zeno] Cic. Acad. II, 6, 17. „*Zenonis est, inquam, hoc Stoici: omnem vim loquendi, ut iam ante Aristoteles, in duas tributam esse partes: rhetoricam palmae, dialecticam pugno similem esse dicebat.*" Quinct. II, 20, 7. „Itaque cum duo sint genera orationis, altera perpetua quae rhetorice dicitur, altera concisa quae dialectice: *quas quidem Zeno adeo coniunxit, ut hanc compressae in pugnum manus, illam explicitae diceret similem*: etiam disputatrix virtus erit: adeo de hac quae speciosior atque apertior tanto est, nihil dubitabitur."

cum compresserat] om. *cum* Vit. — *compresserit* Ven. 1.

fecerat] *fecerit* Ven. 1.

eiusmodi] *huiusmodi* Mon.

diduxerat] *deduxerat* Vit. Mon.

dilataverat] *dilatarat* Gu. 3. Sch. Or.

114. *atque etiam*] om. *etiam* Gu. 3. Sch.

dicit] *dixit* Or. suspic.

huic summo omnem] *huic summo homini* Vet.

possit] Sic Med. L. Grut. Ern. Sch. Or. — *posset* Vit. Dr. Mon. Ven. 1. 2. Tul. Ju. Aldd. Cr. Vict. Man. — *tradi* Ven. 1. Ern.

duplicem habet] Steph. L. Ern. Sch. Or. — *duplicem habuit* Vit. Dr. Mon. Vet. Ven. 1. 2. Med. Tul. Aldd. Cr. Vict. Man.

docendi viam] *dicendi* Ven. 1. 2. Med. Tul.

et postea qui dialectici dicuntur spinosiora multa pepe-
115 runt. Ergo eum censeo, qui eloquentiae laude ducatur,
non esse earum rerum omnino rudem, sed vel illa anti-
qua vel hac Chrysippi disciplina institutus noverit pri-
mum vim naturam genera verborum et simplicium et co-
pulatorum: deinde quot modis quidque dicatur: qua ra-
tione verum falsum ne sit iudicetur: quid efficia-
tur e quoque, quid cui consequens sit, quidque contra-
rium: cumque ambigue multa dicantur, quomodo quid-
que eorum dividi explanarique oporteat. Haec tenenda
sunt oratori, (saepe enim occurrunt) sed quia sua spon-
squalidiora sunt, adhibendus erit in his explicandis qui-
dam orationis nitor.

33 Et quoniam in omnibus, quae ratione docentur et
116 via, primum constituendum est, quid quidque sit (ni-
enim inter eos qui disceptant convenit, quid sit illud d-

---

pepererunt] *repererunt* mg. 1578.
115. *ergo eum*] Vet. et Ald. 2. *ego.*
censeo — non esse e. rerum] om. *rerum* Ven. 2. Tul. Med. *non e-*
omnino earum rerum rudem oportere. Subaudiri, non addi debet *ve-*
oportere. §. 195. — „*ego autem sentio, omnes in oratione esse q-*
permixtos et confusos pedes." Herm. ad Viger. p. 745.
illa antiqua] *antiqua Aristotelis* L.
institutus noverit] Gu. 3. Aldd. Jn. Cr. Man. L. Sch. Or. — *in-*
stitutum. Noverit Ven. 1. Grut. Vict. Ern. — *institutam. N-*
Vit. — *eruditum. noverit* Dr.
copulatorum] *copulativorum* Vit.
quot modis] *quibus modis quodque* Gu. 3. a 2 m.
verum falsum ne sit] *verum ut falsum ne sit* Mon. *verum fals-*
iudicetur Vit.
e quoque] *eo quoque* Dr. Ven. 1. 2. Tul. Med.
quid cui] Man. *quod cuique* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Tul. Aldd. L. — *q-*
cuique Gu. 3. Sch. Or. — *quod cui* Vict. Grut. Ern.
quidque] Man. Sch. Gu. 3. Or. *quidve contrarium* Sch. 1. Gu. 3. -
quodque Ceteri.
dicantur] *dicentur* Vit. Dr. Mon.
sed quia] *sed quo* Vit. Ven. 1. 2. Med. Tul. — *sed quod*] Dr.
squalidiora] *squallidiora* L. V. Schneid. L. G. p. 417.
Cap. 33. 116. *et via*] *et quadam via* Tul. — *est quaedam via* Ve-
Med.
quid quidque sit] *quid quoque quid sit* Ven. 2. — *quid quoque s-*
Ven. 1. — *quid quodque sit* Med. Tul.
nisi enim] om. *enim* Vit.
qui disceptant] Gu. 3. Man. Gryph. 2. Sch. Or. — *discepta-*
Ceteri.

quo ambigitur, nec recte disseri nec unquam ad exitum perveniri potest): explicanda est saepe verbis mens nostra de quaque re, atque involutae rei notitia definiendo aperienda est, siquidem definitio est oratio, quae, quid sit id, de quo agitur, ostendit quam brevissime. Tum, ut scis, explicato genere cuiusque rei videndum est, quae sint eius generis sive formae sive partes, ut in eas tribuatur omnis oratio. Erit igitur haec facultas in eo, quem 117
volumus esse eloquentem, ut definire rem possit, neque id faciat tam presse et anguste quam in illis eruditissimis disputationibus fieri solet, sed cum explanatius tum etiam uberius et ad commune iudicium popularemque intelligentiam accommodatius. Idemque etiam, cum res postulabit, genus universum in species certas, ut nulla neque praetermittatur neque redundet, partietur et dividet. Quando autem aut quomodo id faciat, nihil ad hoc tempus, quoniam (ut supra dixi) iudicem esse me non doctorem volo. Nec vero dialecticis modo sit instructus, 118
sed habeat omnes philosophiae notos et tractatos locos.

---

de quo ambigitur] *quod ambigitur* Vet.
disseri] *disserit* Ven. 2. Tul. — *nec recte disseres unquam, nec ad exitum pervenire potes.* Vet. Gu. 3.
involutae rei notitia] *involuta rei notitia* Gu. 3. Vit. 2 m. (1 m: *involuntate rei n.*) Sch. Cf. sup. c. 29. — „res involutas definiendo explicavimus."
definitio est oratio] *est definitio est oratio* Ven. 1. — *est definitio oratio* Vit. Dr. Ven. 2. Aldd. Vict. L. Gryph. 1.
explicato] *explicatio* Tul.
sive formae sive partes] Cf. Topic. 3, 14. „*A forma generis, quam interdum, quo planius accipiatur, partem licet nominare.*" — *sive forma* Vet.
117. *ut*] om. Dr. Ven. 2.
et anguste] *tam anguste* Vet. Mon.
quum explan.] *tum e.* Gu. 3. Sch. 1.
popularemque] om. *que* Vit.
universum in] om. *in* Vit. Dr. Ven. 1. 2.
et dividet] Sic Vit. — *ac dividet* Ceteri.
quomodo id faciat] *quando autem id faciat aut quomodo* Gu. 3. Sch. — *id facias* Vit. Ven. 1. 2. Tul. — *et facias* Mon.
ad hoc tempus] *ad hoc tempus pertinet* L. Steph.
iudicem esse me] Vit. Dr. Vict. L. Gu. 3. Sch. Or. — *me esse* Ven. 1. 2. Aldd. Grut. Ern. — *indicem* Tul.
118. *dialecticis*] *a dialecticis* Vet. — *dialectionis* Vit.

Nihil enim de religione, nihil de morte, nihil de pietate, nihil de caritate patriae, nihil de bonis rebus aut malis, nihil de virtutibus aut vitiis, nihil de officio, nihil de dolore, nihil de voluptate, nihil de perturbationibus animi et erroribus, quae saepe cadunt in causas, sed ieiunius aguntur, nihil, inquam, sine ea scientia quam dixi graviter ample copiose dici et explicari potest.

34 De materia loquor orationis etiam nunc, non ipso
119 de genere dicendi: volo enim prius habeat orator rem, de qua dicat, dignam auribus eruditis quam cogitet, quibus verbis quidque dicat aut quomodo. Quem etiam, quo grandior sit et quodammodo excelsior, (ut de Pericle dixi supra) ne physicorum quidem esse ignarum volo. Omnia profecto, cum se a caelestibus rebus referet ad humanas, excelsius magnificentiusque et dicet
120 et sentiet. cumque illa divina cognoverit, volo ne igno-

---

nihil de morte] *nihil de more* Gu. 3. Sch. Or. Scripsisset Cicero, si hoc significare voluisset, *nihil de moribus.* Similis nostri est locus de Orat. I, 15. „*Sin quae res inciderit, in qua de natura, de vitiis hominum, de cupiditatibus, de modo, de continentia, de dolore, de morte dicendum sit, forsitan, si ei sit visum, (etsi haec quidem nosse debet orator) cum Sex. Pompeio, erudito homine in philosophia, communicarit.*" — Alienus autem est loc. in Partitt. Or. c. 9.

de officio] *de officiis* Vet. Gu. 3.

nihil de caritate] *de caritate nihil patriae nihil de rebus novis* Dr. — *nihil de bonis an malis rebus* Gu. 3.

sed ieiunius] *et ieiunius* Vet.

aguntur] *agunt* Ven. 2. Tul.

nihil, inquam] *nihil unquam* Vet.

Cap. 34. 119. *ipso de genere*] Aldd. Ju. Grut. Ern. Or. — *de ipso genere* Vit. Mon. L. — *de genere ipso* Ven. 1. 2. Med. Tul. — *genere de ipso* Dr. Vict.

rem] *rem prius habeat orator* L.

ut de Pericle] om. *ut* Dr. Mon. cf. §. 15.

physicorum] *physicarum* Vit. cf. de Or. l. c. 14. — „*physica ista ipsa et mathematica, et quae paulo ante ceterarum artium propria posuisti, [scientiae] sunt eorum qui illa profitentur,*" — ubi Reizius delet voc. *scientiae.*

referet] *refert* Ven. 1. 2. Med. Tul. Ju. Ald. 1. Vict.

ad humanas] *ad humana* Vit. 2 m.

magnificentiusque] om. *que* Vit.

cumque] Vet. Gu. 3. Sch. 1. om. *que.*

120 *illa divina*] *illa divine* Ald. 2.

volo ne ignoret] Mon. Med. Tul. — *nolo ne ignoret* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Vict. — *nolo ignoret* Ceteri.

ret ne haec quidem humana. Ius civile teneat, quo egent causae forenses quotidiano. Quid est enim turpius quam legitimarum et civilium controversiarum patrocinia suscipere, cum sis legum et civilis iuris ignarus? Cognoscat etiam rerum gestarum et memoriae veteris ordinem maxime scilicet nostrae civitatis, sed etiam imperiosorum populorum et regum illustrium: quem laborem nobis Attici nostri levavit labor, qui conservatis notatisque temporibus, nihil cum illustre praetermitteret, annorum septingentorum memoriam uno libro colligavit. Nescire autem, quid antea quam natus sis acciderit, id est semper esse puerum. Quid enim est aetas hominis, nisi memoria rerum veterum cum

---

quotidiano] Mon. hanc servavit formam. „Veteres saepe pro *quotidie* dicebant *quotidiano* intelligentes tempore.“ Ruhnk. ad Ter. Heaut. IV, 5, 6. — Cic. ap. Nonium (pag. 501. ed. Merc.) in l. VI. de Rep. „*Ut, quemadmodum scribit ille, quotidiano in forum mille hominum cum palliis conchylio tinctis descenderent.*“ — *quotidie* Ceteri.

quid est enim] *est* om. Dr.

legitimarum] *legiptimarum* Vit. De vi voc. Spald. ad Quinct. T. 1. p. 527.

legum] *legis* Gu. 3.

civilis iuris] *iuris civilis* mg. 1578.

cognoscat etiam] *constat etiam* Vet. — *enim* Ven. 1. Med.

rerum gestarum] om. *gestarum* Dr.

scilicet] *si libet* Ven. 1. Med.

sed etiam] Sic Gu. 3. Sch. — *sed et* Ceteri.

imperiosorum] *imperiosiorum* Ven. 2. — Cic. de Rep. 1, 2. Urbes magnas atque *imperiosas*.

et regum] *et rerum* Ven. 2. Gu. 3.

conservatis] *coacervatis* Gulielm. cf. de Or. II, c. 81. „Erit autem perspicua narratio, si verbis usitatis, *si ordine temporum conservato si* non interrupte narrabitur.“ de Juvent. 1, 20.

nescire autem] *enim* Gu. 3.

antea quam] *antequam* L. Vit. Gu. 3.

natus sis] *sit* Ven. 1. 2.

id est semper] om. *est* Ju. 2.

quid enim est] om. *est* Ven. 1. — *quid est enim* Beier de Off. T. 2. p. 277.

aetas hominis] *aetas hominum* Vet. — *quid enim est ars hominibus* Gu. 3.

nisi memoria] Vit. Dr. Ven. 1. Med. Palatt. Grut. Ern. Or. — *nisi quum memoria* Cr. Vict. Ju. Ald. 1. Man. — *quid enim est aliud aetas hominis, nisi quum memoria* etc. Ald. 2. — *nisi cum ea memoria* L. Steph. — *nisi cum memoria rerum veterum tum superiorum aetate c.* Schirach. — *nisi memoria rerum nostrarum cum superiorum a. c.* Clericus. Lallem. Bipontt. — *nisi ea memoria r. v. cum superioribus aetate c.* Gu. 3. — *cum superioribus* Vet. — *nisi ea memoria rerum gestarum*

superiorum aetate contexitur? Commemoratio autem antiquitatis exemplorumque prolatio summa cum delectatione et auctoritatem orationi affert et fidem.

121 Sic igitur instructus veniet ad causas: quarum habebit primum genera ipsa cognita. Erit enim ei perspectum, nihil ambigi posse, in quo non aut res controversiam faciat aut verba. Res aut de vero aut de recto aut de nomine: verba aut de ambiguo aut de contrario. Nam si quando aliud in sententia videtur esse aliud in verbis, genus est quoddam ambigui, quod ex praeterito verbo fieri solet, in quo, quod est ambi-
35 guorum proprium, res duas significari videmus. Cum
122 tam pauca sint genera causarum, etiam argumentorum

---

cum superioribus c. Sch. 1. — *nisi ea memoria rerum veterum cum superioribus c.* Sch. 2. — *memoria* ablativus est. *Contexitur* int. aetas. Sic verto hanc sententiam: „Was ist das Leben des einzelnen Menschen, wenn nicht dasselbe durch die Errinnerung an das, was vor uns geschehen ist, mit dem Leben der frühern Menschen verflochten wird?"

autem] *enim* Gu. 3.
prolatio] *probatio* Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul.
auctoritatem] *auctoritate* Gu. 3.
121. *veniet*] *veniat* Ven. 1.
primum genera] Vit. *genera primum* Ceteri.
erit enim ei] om. *ei* Mon.
faciat] *faciant* mg. Tul.

res aut de vero aut] *res autem de vero* Vit. — *aut de vero de recto* Dr. — *res autem de vero an de recto an de nomine, verba an de ambiguo, an de contrario.* Gu. 3. — *an* et *aut* saepissime confunduntur ac vidi in cod. Lipsiensi librorum ad Herennium, uno et eodem compendio *a'* in utraque particula usum fuisse librarium.

verba aut] *verba autem* Steph. — *verba autem aut* L. Non est necesse addere part. adversativam. Affertur enim saepe sine ulla particula oppositio. §. 128. — „*quorum alterum est, quod Graeci ἠθικὸν vocant, ad naturas et ad mores et ad omnem vitae consuetudinem accommodatum: alterum, quod iidem παθητικὸν vocant, quo perturbantur animi et concitantur.*" §. 142. — „*cur igitur ius civile docere semper pulchrum fuit: ad dicendum si quis acuat aut adiuvet in eo iuventutem, vituperetur?*" 144. — „*si quibus verbis sacrorum alienatio fiat, docere honestum est, ut est: quibus ipsa sacra retineri defendique possint, non honestum est?*" cf. ad §. 128. *illud* — *hic vehemens.*

si quando] om. *si* Mon.
in quo, quod] *in quo quidem, quod* Med. Tul.
Cap. 35. 122. *cum tam*] *cum tamen* Vit.
etiam] *et* Ven. 2. Tul.

praecepta pauca sunt. Traditi sunt, e quibus ea ducantur, duplices loci: uni e rebus ipsis, alteri assumti. Tractatio igitur rerum efficit admirabiliorem orationem. Nam ipsae quidem res in perfacili cognitione versantur. Quid enim iam sequitur, quod quidem artis sit, nisi ordiri orationem, in quo aut concilietur auditor aut erigatur aut paret se ad discendum; rem breviter exponere et probabiliter et aperte, ut, quid agatur, intelligi possit; sua confirmare, adversaria evertere; eaque efficere non perturbate sed singulis argumentationibus ita concludendis, ut efficiatur quod sit consequens iis, quae sumentur ad quamque rem confirmandam; post omnia perorationem inflammantem restinguentemve concludere? Has partes quemadmodum tractet singulas, difficile dictu est hoc loco: nec enim semper tractantur uno modo. Quoniam autem non quem doceam 123
quaero, sed quem probem: probabo primum eum, qui, quid deceat, videbit. Haec enim sapientia maxime adhibenda eloquenti est, ut sit temporum personarumque moderator. Nam nec semper nec apud omnes nec contra omnes nec pro omnibus nec omnibus eodem modo dicendum arbitror. Is erit ergo eloquens, qui ad id, 36

---

sunt. Traditi] *pauca tradita sunt e quibus ducantur* Palat. 1. 2. Steph. L.
loci] Nonius v. *loci*: *Ducantur duplices loci, uni rebus ipsis alteri assumtis.* (Sic ap. Perotti.)
ipsis] *ipsi* Man.
admirabiliorem] *mirabiliorem* Sch. 2. — *admirabilem* Gu. 3. Sch. 1. Or. *Tractatio* rerum efficit admirabiliorem orationem quam *res ipsae*, quae in perfacili cognitione versantur.
aut paret se] *ut paret se* Ern. Schir.
ad discendum] *dicendum* Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul.
aperte] *apte* Gu. 3.
agatur] *agat* Mon.
iis quae] *his* Vit. Ven. 1. 2. Med. Tul.
perorationem] *per orationem* Oxx. 1. Man. — *peroratione animos inflammantem* Sch.
restinguentemve] *restringentemve* Gu. 3.
partes] *parteis* Cr.
dictu] *dictum* Dr.
123. *quoniam autem*] *quoniam enim* Vet.
eum qui, quid] *eum quicquid* Mon.
videbit] *viderit* Gu. 3.
Cap. 36. *qui ad id*] om. *id* Med. Cr.

quodcumque decebit, poterit accommodare orationem. Quod cum statuerit, tum, ut quidque erit dicendum, ita dicet, nec satura ieiune nec grandia minute nec item contra, sed erit rebus ipsis par et aequalis oratio.
124 Principia verecunda, non elatis intensa verbis sed acutis sententiis vel ad offensionem adversarii vel ad commendationem sui. Narrationes credibiles, nec historico sed prope quotidiano sermone explicatae, dilucidae. Dein si tenues causae, tum etiam argumentandi tenue filum et in docendo et in refellendo, idque ita tenebitur, ut quanta ad rem tanta ad orationem fiat accessio.
125 Cum vero causa ea inciderit, in qua vis eloquentiae possit expromi, tum se latius fundet orator, tum reget et flectet animos et sic afficiet ut volet, id est, ut causae natura et ratio temporis postulabit.

Sed erit duplex omnis eius ornatus ille admirabilis, propter quem ascendit in tantum honorem eloquentia. Nam cum omnis pars orationis esse debet laudabilis,

---

item contra] *nec item contra egerit, rebus ipsis paretur aequa oratio* Vet.

124. *elatis intensa*] Gu. 3. Ven. 1. 2. Med. Tul. Ald. Cr. Vict. L. Man. Sch. Or. — *elatis incensa* Vit. Dr. Palatt. Grut. Ern. — *elatis intenta* mg. 1584. — *nondum clamantis incensa* Vet. Cf. Quint. IV, 1, 58. „*Illud ex praeceptis veteribus manet, ne quod insolens verbum, ne audacius translatum, ne aut ab obsoleta vetustate aut poetica licentia sumtum in principio deprehendatur.*"

explicatae] *cotidiano sermone explicite* Gu. 3. Ut autem in oratione pro Tullio *explicavit* maluit dicere quam *explicuit*, ne imperfecto et debili numero verborum sonus clauderet, (referente Gellio N. A. 1, 7), sic in nostro loco *explicatae* dicendo ingratum sonum evitavit. —

dilucidae] Sic Med. Cr. *dilucide* Ceteri.

dein si tenues c.] *deinde si tenuis causa est: tum* Vit.

tum etiam] om. *etiam* Gu. 3.

in docendo] *in dicendo* Ven. 1. 2. Med. Tul. Ald. 2.

idque] *id quod* Gu. 3. Sch. 1.

125. *causa ea*] *ea causa* L. — *causa in quavis eloq.* Mon.

expromi] *exprimi* Vet. Ven. 1. 2. Tul. Med.

fundet] *effundet et or.* Gu. 3.

sic afficiet] *sic effecerit* Vet.

ut causae] *cum causae* Vet. — *causa et natura* Ven. 2. Tul.

ratio temporis] *temp. ratio* mg. 1578.

omnis eius] om. *omnis* Sch.

ornatus ille] *conatus ille* Vet. Gu. 3.

ascendit] *descendit* Gu. 3. — *escendit* Sch.

sic ut verbum nullum nisi aut grave aut elegans excidat, tum sunt maxime luminosae et quasi actuosae partes duae: quarum alteram in universi generis quaestione pono, quam (ut supra dixi) Graeci appellant θέσιν: alteram in augendis amplificandisque rebus, quae ab eisdem αὔξησις est nominata. Quae etsi aequabiliter 126
toto corpore orationis fusa esse debet, tamen in communibus locis maxime excellet: qui communes sunt appellati, quod videntur multarum iidem esse causarum, sed proprii singularum esse debebunt. At vero illa pars orationis, quae est de genere universo, totas causas saepe continet. Quidquid est enim illud, in quo quasi certamen est controversiae, quod Graece κρινόμενον dicitur, id ita dici placet, ut traducatur ad perpetuam quaestionem, atque ut de universo genere

---

sic ut] *si ut* Vet.

quasi actuosae] om. *quasi* Dr. — *iactuosae* ap. Nonium v. *iactuosae* positum pro iactantes: *Cum sint luminosae et quasi iactuosae partes duae.* rursus v. *luminosum*: *tum sunt maxime luminosae et quasi iactuosae partes duae.* prob. Fr. Robortell. Thes. Crit. II. c. 45. Sed praecedentis vocabuli *quasi* ultima litera in errorem Nonium traxisse videtur, ita ut legeret *iactuosae* pro *actuosae*. nam illud vocab. a nullo alio auctore refertur: hoc eadem vi a Cicerone usurpatur de Nat. deor. 1, 40. de Orat. 3, 26.

quaestione pono] *quaestionem* Dr. Med. Ven. 2. Tul. Steph. item Gu 3. omisso *in* — om. *pono* Dr.

θέσιν] *thesim* Vit. Ven. 1. 2. Tul. cf. cap. 14.

amplificandisque] *amplificandisve* Gu. 3.

αὔξησις] *auxosis Ven.* 1. — *auxis* Vit. — *hypothesis* Ven. 2. Tul.

126. *aequabiliter*] *aequaliter* Ven. 2. Tul. Gu. 3. Mon.

toto corpore] *in toto c.* Vet.

in communibus] *in omnibus* Ven. 2. Tul.

communes sunt appellati] Sic scripsi e facili coni. *sunt* enim, quod in codd. desideratur, quodque a librariis vulgo per *s.* scribitur, excidit post ultimam literam voc. *communes*. Alii ut L. Steph. Or. inseruere *sunt* post *appellati*. Ceteri om. *appellati sunt eo quod* Ven. 1. Vict. Man. Ern.

multarum iidem **l.** *c.*] *multarum causarum* Vet. — *idem* Man. cf. §. 22. — *eisdem* Vit. om. *esse* Gu. 3.

At vero] *ac vero* Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. Ald. 1. Ju. Cr. Man. L.

est enim] om. *enim* Vit.

est controversiae] *controv. est* Dr.

quod Graece] *quae* Steph. Lex. Cic. G. L.

κρινόμενον] *crinomenon* Ven. 1. 2. Tul.

id ita dici placet] *dici* L. del. putat.

atque ut] Vit. Dr. Gu. 3. Ven. 2. Aldd. Med. Tul. Steph. L. Or. — om. *ut* Man. Grut. Ern. — *atque inde ut* Vet.

dicatur: nisi cum de vero ambigitur, quod quaeri con-
127 iectura solet. Dicetur autem non Peripateticorum
more (est enim illorum exercitatio elegans iam inde ab
Aristotele constituta) sed aliquanto nervosius, et ita de
re communia dicentur, ut et pro reis multa leniter di-
cantur et in adversarios aspere. Augendis vero rebus
et contra abiiciendis nihil est, quod non perficere pos-
sit oratio: quod et inter media argumenta faciendum
est, quotiescumque dabitur vel amplificandi vel minu-
endi locus, et paene infinite in perorando.
37 Duo sunt etiam, quae bene tractata ab oratore
128 admirabilem eloquentiam faciant: quorum alterum est,
quod Graeci ἠθικὸν vocant, ad naturas et ad mores et
ad omnem vitae consuetudinem accommodatum; alte-
rum, quod iidem παθητικὸν nominant, quo perturban-
tur animi et concitantur, in quo uno regnat oratio.
Illud superius come iucundum ad benivolentiam con-

---

ambigitur] Sic Vit. Vet. Ven. 1. Med. Tul. Aldd. Cr. — *ambigetur* Dr. Steph. L. Grut. Ern. Or. — *ambigatur* Gu. 3.
de vero] *de verbo* Vit. Sed cf. ad Herenn. I, 11. — *coniecturalis est, cum de facto controversia est* etc.
127. *dicetur autem*] *dicere autem* Vet.
illorum] *eorum* Vet.
pro reis] *pro piis* Vet.
sed aliquanto] *sed amplius aliquanto* Mon.
in adversarios] *adversos* Vit. Ven. 1. 2. Med. Tul. Mon.
aspere] *aspera* Vit. Ven. 1. 2. Med. Mon.
abiiciendis] *abiciendis* Vit. De vi voc. v. Ern. L. R. s. v.
perficere] *proficere* Ven. 2. Tul.
quod et] om. *et* Vet.
quotiescumque] *quotienscunque* Vit.
Cap. 37. 128. *Duo sunt etiam*] Sic Aldd. Cr. Steph. L. Or. — om. *etiam* Vit. Dr. Ven. 1. Man. Grut. Ern. — *duae res sunt eius* Vet. St. Gu. 3. — *duo restant*. Sch.
tractata] om. Mon.
faciant] *faciunt* Steph. L. cf. §. 185. *Omnino duo sunt quae condiant orationem*. §. 163. *Duae sunt igitur res, quae permulceant aures*.
quorum a. est] om. *quorum* Mon. — om. *est* Vet.
ἠθικὸν] *greci heticon* Vit. — *aethicon* Ven. 1. 2.
naturas] *naturum* Gu. 3. Ven. 1. 2. Med. Tul. L. Sch.
accommodatum: alterum] *accomm. est alterum* Vet.
παθητικὸν] *patheticon* Ven. 1. 2.
in quo] *id quo* Ven. 1. 2. Tul.
superius come i.] *superius cum ei dicendum* Vet.
ad benivolentiam] *et ad b.* Ven. 1.

ciliandam paratum: hoc vehemens incensum incitatum,
quo causae eripiuntur; quod cum rapide fertur, susti-
neri nullo pacto potest. Quo genere nos mediocres 129
aut multo etiam minus, sed magno semper usi impetu
saepe adversarios de statu omni deiecimus. Nobis pro
familiari reo summus orator non respondit Hortensius.
A nobis homo audacissimus Catilina in senatu accusatus
obmutuit. Nobis privata in causa magna et gravi,
cum coepisset Curio pater respondere, subito assedit,
cum sibi venenis ereptam memoriam diceret. Quid 130
ego de miserationibus loquar? quibus eo sum usus
pluribus, quod etiam si plures dicebamus, peroratio-
nem mihi tamen omnes relinquebant. In quo ut vide-
rer excellere, non ingenio sed dolore assequebar. Quae
qualiacumque in me sunt; me enim ipsum poenitet
quanta sint sed, apparent in orationibus, etsi carent

---

hoc vehemens] *hoc vero veh.* Steph. L. Sed cf. §. 121. „*Erit enim ei perspectum, nihil ambigi posse, in quo non aut res controversiam faciat aut verba. Res aut de vero aut de recto aut de nomine: verba aut de ambiguo aut de contrario.*“ — *hoc vehementius* Vet. Gu. 3.

quod cum r.] *quod enim r.* Gu. 3.

sustineri] *sustinere* Ven. 1.

129. *multo etiam*] *multo enim* Vet.

familiari reo] pro Verre.

dejecimus] *deicimus* Vit. — *statu deici emu* Mon.

vobis pro] *nobisque fam.* Ven. 2. — *nobisque pro fam.* Tul.

Catilina] *Catelina* Vit.

in senatu accus.] om. *in senatu* Dr. — *in senatu a nobis accus.* Ven. 1.

Curio pater] *Curio ipse* Vet. v. Brut. c. 60. „*Qui* (Curio) *in iudicio privato vel maximo, quum ego pro Titinia Cottae peroravissem, ille contra me pro Ser. Naevio diceret, subito totam causam oblitus est, idque veneficiis et cantionibus Titiniae factum esse dicebat.*“

miserationibus] *commiserationibus* mg. 1578.

130. *sum usus*] *usi sumus* Vet. *ego sum usus* Mon.

qualiacumque in me sunt] *sint* Ven. 1. Med. Sup. §. 106. — *nos primi, quicumque eramus et quantulumcumque dicebamus.* Bentlei. ad Horat. Serm. 1, 10, 88. Ochsner ad Cic. Eclog. p. 29.

me enim ipsum poenitet] Sic Palatt. 2. Vet. (om. *enim*) Ern. Schir. Sch. — *me enim ipsum non poenitet* Ceteri. Qua in lectione non video quid vocab. *ipsum* sibi velit. Sensus est: Etsi in perorationibus meis ceteris satisfacio omnibus: mihi ipsi nunquam satisfacio: nam maiora praestitissem, tempora si permisissent. v. §. 105. Modestiam simulat Cicero eo tamen modo, ut multo plus sibi sumere videatur.

quanta sint] *et quanta sint* Tul. mg. *sunt.*

libri spiritu illo, propter quem maiora eadem illa cum
38 aguntur quam cum leguntur videri solent. Nec vero
131 miseratione solum mens iudicum permovenda est, (qui
nos ita dolenter uti solemus, ut puerum infantem in
manibus perorantes tenuerimus, ut alia in causa ex-
citato reo nobili sublato etiam filio parvo plangore et
lamentatione complerimus forum) sed est faciendum
etiam, ut irascatur iudex mitigetur invideat faveat
contemnat admiretur oderit diligat cupiat satietate affi-
ciatur speret metuat laetetur doleat: qua in varietate
duriorum Accusatio suppeditabit exempla, mitiorum
132 defensiones meae. Nullo enim modo animus audientis
aut incitari aut leniri potest, qui modus a me non
tentatus sit, dicerem perfectum, si ita iudicarem: nec
in veritate crimen arrogantiae extimescerem, sed (ut
supra dixi) nulla me ingenii sed magna vis animi in-
flammat, ut me ipse non teneam, nec unquam is, qui
audiret, incenderetur, nisi ardens ad eum pervenit

---

spiritu illo] cf. ad Attic. 1, 16. „*Clodium praesentem fregi in sen... cum oratione perpetua plenissima gravitatis tum altercatione ejusm... ex qua licet pauca degustes. nam cetera non possunt habere neque ... neque venustatem remoto illo studio contentionis quem ἀγῶνα ... appellatis.*"

cum aguntur quam] *quae aguntur* Vet. — *aguntur qui eum* Dr.

Cap. 38. 131. *nec vero*] om. *vero* Ven. 2.

permovenda] *promov.* Mon.

perorantes] *perorantem* Ven. 1. 2.

complerimus] Sic Ven. 1. Med. Ern. Sch. Or. — *compleremus* Ceteri

sed est faciendum etiam] Gu. 3. Sch. — *sed etiam est fac.* Ceteri. *etiam* del. Goerz de legg. p. 237. Beier ad Or. p. Tull. p. 16.

cupiat, sati. aff. speret] *cupiat rideat speret* om. *ceteris* Vet. — *cupiat, taedeat, speret* Gu. 3.

qua in var.] *in qua v.* Vit. Ven. 1. 2. Med. Tul. *in qua veritate* Mon.

duriorum Accusatio] *durior* Vet. §. 103. „*Quod igitur in Accusationis septem libris non reperitur genus? quod in Aviti? quod in Cornelii? quod in plurimis nostris defensionibus?*"

mitiorum] *mitiores* Vet.

132. *incitari*] *incitari vel irritari.* mg. Gothofr.

tentatus] *temptatus* Vit. — Ceterum mutavi hac in periodo interpunctionem edd. monente Reizio.

nec in veritate] *ut in veritate* Vet.

extimescerem] *pertimescerem* Vet. Gu. 3.

nec unquam] om *unquam* Ven. 1.

nisi ardens] Alludit ad haec verba Commentat. Vet. Horatii ad Epist. II, 3, 100. (pag. 625. ed. J. Dousae Lugd. 1597.) „*Si vis me flere, dolendum est Primum ipsi tibi.*" *ut Cicero: Ardeat orator si vult iudicem incendere.* De Orat. 2. 45.

oratio. Uterer exemplis domesticis, nisi ea legisses: uterer alienis vel Latinis, si ulla reperirem, vel Graecis, si deceret. Sed Crassi perpauca sunt nec ea iudiciorum. Nihil Antonii, nihil Cottae, nihil Sulpicii. Dicebat melius quam scripsit Hortensius. Verum haec 133
vis, quam quaerimus, quanta sit, suspicemur, quoniam exemplum non habemus, aut si exempla sequimur, a Demosthene sumamus et quidem perpetuae dictionis ex eo loco, unde in Ctesiphontis iudicio de suis factis consiliis meritis in rempublicam aggressus est dicere. Ea profecto oratio in eam formam, quae est insita in mentibus nostris, includi sic potest, ut maior eloquentia non requiratur.

Sed iam forma ipsa restat et χαρακτὴρ ille qui di- 39
citur; qui qualis debeat esse, ex iis ipsis, quae supra 134
dicta sunt, intelligi potest. Nam et singulorum verborum et collocatorum lumina attigimus, quibus sic abundabit, ut verbum ex ore nullum nisi aut elegans

---

uterer] *veteres* Vit. 1. m.
Crassi] *Crasso* Vet.
nihil Antonii] *nihil est Antonio* Vet.
Sulpicii] *Sulpici* Vit. — *Sulpicio* Vet.
scripsit] *scribebat* mg. Gothofr.
133. *suspicemur*] *suspicamur* Vet. — *quam quanta sit suspicentur* Mon.
aut, si] *ut, si* Dr. Ven. 1. 2. Tul. — *vel, si* Dr.
a Demosth.] *Demosthenem sumamus* Gu. 3.
et quidem] *equidem* Vet.
perpetuae dictionis] cf. Aquil. Rom. p. 157. R. Ern. L. R. *v. perpetuus.*
unde in] *unde et* Vet. — *unde ex thesiphontis* Mon.
in rem publicam] *in re publica* Med. Junt. 1. 2. Ald. 1.
insita in mentibus] om. *in* Vet.
sic potest] *potest sic* Gu. 3. Sch.
non requiratur] *ne requiratur quidem* Gu. 3. Steph. L.
Cap. 39. 134. *forma ipsa*] *ipsa forma* Ald. I. 2. Crat. Gryph. 1. — *forma ista* Dr.
χαρακτὴρ] Sic Sch. Or. — *caracter* Ceteri. — om. *ille qui dicitur* Mon.
debeat esse] Sic Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. Vict. — *esse debeat* L. Aldd. Grut. Ern. Or. — *debet esse* Mon. In fine posui *esse*, quia id vim habet maximam, non *debeat*.
ex iis ipsis] L. Or. — *ex ipsis* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Aldd. Med. Ju. Ern. — *ex his* Gu. 3. — *ex iis* Sch. 1.
verborum et collocatorum] om. *verborum* Vet. — *collatorum* Ven. 2.
abundabit] *abundavit* Man.
ut] om. Ven. 2.
nisi aut] *aut nisi* Mon.

aut grave exeat, ex omnique genere frequentissim[ae] translationes erunt, quod eae propter similitudin[em] transferunt animos et referunt ac movent huc et ill[uc;] qui motus cogitationis celeriter agitatus per se ipse de[-]lectat. Et reliqua ex collocatione verborum quae s[u-]muntur quasi lumina magnum afferunt ornatum ora[-]tioni: sunt enim similia illis, quae in amplo orna[tu] scenae aut fori appellantur insignia, non quod so[la] 135 ornent, sed quod excellant. Eadem ratio est horu[m] quae sunt orationis lumina et quodammodo insign[ia,] cum aut duplicantur iteranturque verba, aut brevi[ter] commutata ponuntur, aut ab eodem verbo duci[tur] saepius oratio aut in idem coniicitur, aut utrumq[ue] aut adiungitur idem iteratum, aut idem ad extrem[um]

---

exeat] om. Mon.

ex omnique] om. *que* Ven. 1.

frequentissimae translationes] *frequentissime* Vict. — *relationes* V[...]

quod eae] om. Vit. — *eas* Ven. 1. 2.

transferunt animos et ref.] *transferunt animo ac movent* Vit. — *transf. animos et ferunt* Gryph. 1.

cogitationis] *cognitionis celeris agitatus eum per se ipse* Vet.

delectat] *delectatur* Ven. 1. — *per se delectat* Mon.

Et reliqua etc.] Conferantur de hac parte libri nostri quae Qui[...] dixit: „*M. Tullius multas figuras in tertio de Oratore libro p[...] quas in Oratore, postea scripto, transeundo videtur ipse damna[...]* IX, 3. 90. Haec omnia autem eisdem verbis in suum librum tra[ns]tulit v. IX, 1, 37. sqq. Addidit e cod. Turicensi (Tur.) Quincti[...] lectionis varietatem Orelli.

ex collocatione] *ex collatione* Vit. Ven. 1.

magnum afferunt ornatum] om. *magnum* Ven. 2. — *ornamentum* G[u.] 3. Med. Codd. Regii. Sch. — Sed respondet locus superior §. 81. „*collocata autem verba habent ornatum si aliquid concinnitatis [ef]ficiunt*" etc.

135. *non quod*] *non quidem* Ven. 1. — *non quia solum ornant* [...] *quia* Gu. 3.

excellant] *excelleant* vide ad §. 6.

cum aut duplic.] *cum autem d.* Vit.

breviter] *leviter* Ern. Gesner ad Quinct. l. l. Cogitavit Orelli [de] brevitate literae, qua de figura ad Herenn. IV, 21. — *breviter* i[d] valet quod *leviter, paululum.* Intelligit autem Cic. quae supra §. 84. „*paria paribus relata et similiter conclusa et immutatione li[t]terae quasi quaesitae venustates.*"

coniicitur] *conicitur* Vit.

aut in idem] *in eodem* Vet.

aut utrumque] Sic Vit. Dr. Mon. Ven. 1. 2. Tul. Quinct. Schir. Sch[...] Or. — *aut in utrumque* Gu. 2. Aldd. Ju. Cr. Gryph. 1. 2. L. Grut. Ern[...]

idem iteratum] *idem iteratim* Vet.

refertur: aut continenter unum verbum non eadem sententia ponitur: aut cum similiter vel cadunt verba vel desinunt: aut multis modis contrariis relata contraria: aut cum gradatim sursum versus reditur: aut cum demtis coniunctionibus dissolute plura dicuntur: aut cum aliquid praetereuntes, cur id faciamus, ostendimus: aut cum corrigimus nosmetipsos quasi reprehendentes: aut si est aliqua exclamatio vel admirationis vel questionis; aut cum eiusdem nominis casus saepius commutantur.
136 Sed sententiarum ornamenta maiora sunt: quibus quia frequentissime Demosthenes utitur, sunt qui putant, idcirco eius eloquentiam maxime esse laudabilem.

---

continenter] *continentur* Vit. — *continetur* Vet.

non eadem sententia] Sic om. *in* Cod. Turic. Quinct. intell. non eadem *vi*, eadem significatione. de Orat. 3, §. 206. — „*et adiunctio et progressio et eiusdem verbi crebrius positi quaedam distinctio.*" — *non in eadem sententia* Ceteri. — *in eandem sententiam* L.

aut multis modis c.] *aut quum sunt contrariis* Gu. 3. Steph. L. Sch.

sursum versus] *sursum versum* Tur.

reditur] *redditur* Gu. 3. Ven. 1. 2. Med. Tul. Cr. — *tenditur* mg. 1578. cf. Orat. Partitt. c. 7. „*In coniunctis autem verbis triplex adhiberi potest commutatio, non verborum sed ordinis tantummodo: ut cum semel dictum sit directe, sicut natura ipsa tulerit, invertatur ordo, et idem quasi sursum versus retroque dicatur.*" — *receditur* Gulielm.

dissolute] Orat. Partitt. c. 6. — „*constructioque verborum tum coniunctionibus copuletur, tum dissolutionibus relaxetur.*" Quinct. IX, 3, 50.

cur id] *cum id* Vet.

nosmetipsos] *nosmet ipsi* Ern. Beier de Off. T. 1. p. 247.

exclamatio] *explanatio* Vit. Ven. 2. Tul. — *explicatio* Ven. 1. cf. Quinct. IX, 3, 97. „*Sola est in eo libro* (i. e. Oratore) *posita pariter inter figuras verborum exclamatio quam sententiae potius puto; affectus enim est, et ceteris omnibus consentio.*"

questionis] Vit. Mon. Man. Tur. Quinct. — *quaestionis* Dr. Ven. 1. 2. Tul. Correxerunt Ceteri, Med. Aldd. Ju. Vict. Ern. Or. *conquestionis:* quod fortasse rectius: tamen nulla est causa cur damnetur hoc vocab. quod et h. l. et in Brut.. §. 142. ab optimis codd. exhibetur.

saepius commutantur] Sic Mon. Ven. 1. 2. Med. Tul. Aldd. Ju. Cr. L. Man. Quinct. Or. — *commutatur* Vit. (om. *saepius*) Dr. Grut. Sch. Ern. — *committantur* Gu. 3. cf. de Or. 3. §. 207. *et quod in multis casibus ponitur.*

136. *Sed sententiarum*] *vel sentent.* Turic. — om. *sed* edd. Quinct.

utitur] *utatur* Dr. Mon. *utatus* Tur. a 1. m.

sunt qui putant] Vit. Dr. Mon. Ven. 1. 2. Med. Tul. ac recte. idem enim est ac: Putant nonnulli. — *sunt qui putent* Aldd. Vict. Man. L. Grut. Ern. Sch. Or. Quinct.

Et vero nullus fere ab eo locus sine quadam confor- matione sententiae edicitur: nec quidquam est ali[illegible] dicere nisi aut omnes aut certe plerasque aliqua spe[illegible] illuminare sententias: quas cum tu optime, Brut[illegible] teneas, quid attinet nominibus uti aut exemplis? tan-
40 tum notetur locus. Sic igitur dicet ille, quem expe-
137 mus, ut verset saepe multis modis eadem, et una[illegible] re haereat, in eademque commoretur sententia: sae[illegible] etiam ut extenuet aliquid: saepe ut irrideat: ut dec[illegible] a proposito deflectatque sententiam: ut proponat, q[illegible] dicturus sit: ut, cum transegerit iam aliquid, defin[illegible] ut se ipse revocet, ut, quod dixerit, iteret: ut ar[illegible] mentum ratione concludat: ut interrogando urgeat[illegible]

---

et vero] edd. omnes Ciceronis ac Turic. Quinct. — *et* [illegible] 1. 2. Med. Tul. — *enimvero* L. mg. 1584. edd. Quinct.

nullus fere] *nullus locus fere ab eo* Ven. 1. 2. Med. Tul. [illegible] *melius fere* Vet.

conformatione] *formatione* Gu. 3.

edicitur] Dr. Mon. Ven. 1. 2. Med. Vict. Ald. 1. Grut. Ju.[illegible] *dicitur* Vit. Ald. 2. Man. L. Ern. Schir. Or. Quinct. — *educit*[illegible] Gryph. 2. *inducitur* ap. Grut.

nec quicquam est aliud] Sic e Vit. Dr. Gu. 3. Ven. 1. 2. Med. Vict. ac Turic. Qut. — *nec quicquam aliud est* L. — *nec* [illegible] *quicquam est* Aldd. Ju. Cr. Gryph. Grut. Ern. Or. cf. §. 101. *nihil est aliud.*

nisi aut omnes aut] Sic. Vit. Ven. 2. Tul. — *nisi quam* [illegible] Dr. Ven. 1. Med. — *dicere quam omnes* L. — *nisi omnes* Ald[illegible] Cr. Man. Grut. Ern. Or.

specie illuminare] *spem illuminare* Dr.

tantum] *tantummodo* Gu. 3. Cr. Ju. L. Aldd. Quinct.

locus] *modus* Sch.

Cap. 40. 137. *dicet ille*] *dicit ille* Ven. — *decet illum* [illegible]

eadem — sententia] Sic scripsi e cod. Tur. qui haec ita [illegible] *eadem et in una re haereat in eademque commoretur sententia.* [illegible] est Schirach. Ad hanc lect. proxime accedit Ven. 1. *eadem ut* [illegible] *rem haereat et in eadem commoretur sententia* atque Vit. Dr. Ven. 2. Tul. ac Palatt. posteriores: *eadem ut unam in rem* [illegible] *et in eandem commoretur sententiam.* — *eadem et unam rem et* [illegible] *in eadem commoreturque sententia* Palatt. priores. — *eandem* [illegible] *rem et haereat in eadem commoreturque sententia* Aldd. Ju. Cr. Grut. ac recentt. Nostram autem lect. iam recepit Rivius et [illegible] — Jul. Victor. p. 99: *ut aut haereat in eadem commoretur* [illegible] *tentia.*

irrideat] *rideat* Gu. 3. Cod. Reg. 7703.

iam aliquid] om. *iam* Ven. 2.

quod dixerit] Sic e Cod. Turic. Quinct. Schirach. — [illegible] Ceteri.

ius quasi ad interrogata sibi ipse respondeat: ut tra ac dicat accipi et sentiri velit: ut addubitet, l potius aut quomodo dicat: ut dividat in partes: iliquid relinquat ac negligat: ut ante praemuniat: n eo ipso, in quo reprehendatur, culpam in ad- sarium conferat. Ut saepe cum iis, qui audiunt, 138
nunquam etiam cum adversario quasi deliberet: ut iinum sermones moresque describat: ut muta quae- ı loquentia inducat: ut ab eo, quod agitur, avertat nos: ut saepe in hilaritatem risumque convertat: inte occupet, quod videat opponi: ut comparet si- :tudines: ut utatur exemplis: ut aliud alii tribuens iertiat: ut interpellet: ut interpellatorem coërceat: iliquid reticere se dicat: ut denuntiet, quid caveant:

---

asi] om. Gu. 3. Sch. 2.
i ipse respondeat] *respondeat sibi ipse* Ven. 2. — Jul. Vict. l. l. *ipse respondeat, ut contra ac dicat accipi velit. — ut rursus ad in- gata respondeat* Gu. 3.
dicat] *ac dicatur* Reg. 7703. — *quam dicat* R. 7704.
cipi et sentiri] *accipi ac sentiri* Vit. — *et sentire* Ven. 1. 2. — *et sentiri* Jul. Vict. — *accipiat sentirique velit* Vet.
addubitet] *ut dubitet eo quid* Vet.
negligat] *aut n.* Mon.
138. *cum iis qui*] *cum his* Vit. Ven. 1. 2. Med. Tul. Jul. Vict.
rmones moresque] *mores sermonesque* Quinct. Sch.
muta] om. *ut* Mon.
uentia] *eloquentia* Dr. Ven. 1. 2. Med. Aldd. Ju. Crat. Vict.
saepe] *ut se* Jul. Vict.
umque] Ven. 1. Med. — *risumve* Ceteri. cf. §. 150.
d videat] Gu. 3. Aldd. Ju. Crat. L. Camer. *quod putat.*
utatur] om. *ut* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. *citatur* Mon.
ud alii] *aliud tribuens dispartiat* Vit.
interpellet, ut int.] Sic scripsi e probabili conjectura, ad quam manu duxit Vit. Mon. Ven. 1. 2. *ut interpellet, oratorem coer-* — om. *ut interpellet* Ceteri. — *ut interpellatorem interpellatus coer-* Ald. 2. Meam autem lectionem esse veram, ex Cic. de Orat. 53. §. 205. (qui nostro omnino respondet locus) luculenter ap- ubi inter dicendi figuras hae quoque memorantur: — „*simili- et exemplum, digestio,* i n t e r p e l l a t i o, *contentio, reticentia.*" uinct. IX, 2, 2. „*Nam quomodo iudex doceri potest, si desit is explanatio, propositio — — — praemunitio, similitudo, lum, digestio, distributio,* i n t e r p e l l a t i o, i n t e r p e l l a n- o e r c i t i o, *contentio.*"
cere] *retinere* Vet.
denuntiet] *et den.* Vit. Med. Tul.
eant] int. iudices. Sic Vit. Mon. Vict. Grut. Ern. Sch. ac Jul. r. — *caveat* Dr. Ven. 1. 2. Med. Cr. Tul. Aldd. Man. Or. ac

Et vero nullus fere ab eo locus sine quadam confor-
matione sententiae edicitur: nec quidquam est aliud
dicere nisi aut omnes aut certe plerasque aliqua specie
illuminare sententias: quas cum tu optime, Brute,
teneas, quid attinet nominibus uti aut exemplis? tan-
40 tum notetur locus. Sic igitur dicet ille, quem expeti-
137 mus, ut verset saepe multis modis eadem, et una in
re haereat, in eademque commoretur sententia: saepe
etiam ut extenuet aliquid: saepe ut irrideat: ut declinet
a proposito deflectatque sententiam: ut proponat, quid
dicturus sit: ut, cum transegerit iam aliquid, definiat:
ut se ipse revocet, ut, quod dixerit, iteret: ut argu-
mentum ratione concludat: ut interrogando urgeat: ut

---

et vero] edd. omnes Ciceronis ac Turic. Quinct. — *et vere* Ven. 1. 2. Med. Tul. — *enimvero* L. mg. 1584. edd. Quinct.

nullus fere] *nullus locus fere ab eo* Ven. 1. 2. Med. Tul. — *et vero melius fere* Vet.

conformatione] *formatione* Gu. 3.

edicitur] Dr. Mon. Ven. 1. 2. Med. Vict. Ald. 1. Grut. Ju. 1. Cr. — *dicitur* Vit. Ald. 2. Man. L. Ern. Schir. Or. Quinct. — *educitur* Ju. 2. Gryph. 2. *inducitur* ap. Grut.

nec quicquam est aliud] Sic e Vit. Dr. Gu. 3. Ven. 1. 2. Med. Tul. Vict. ac Turic. Qut. — *nec quicquam aliud est* L. — *nec aliud quicquam est* Aldd. Ju. Cr. Gryph. Grut. Ern. Or. cf. §. 101. *quod nihil est aliud.*

nisi aut omnes aut] Sic. Vit. Ven. 2. Tul. — *nisi quam aut omnes* Dr. Ven. 1. Med. — *dicere quam omnes* L. — *nisi omnes* Aldd. Ju. Cr. Man. Grut. Ern. Or.

specie illuminare] *spem illummare* Dr.

tantum] *tantummodo* Gu. 3. Cr. Ju. L. Aldd. Quinct.

locus] *modus* Sch.

Cap. 40. 137. *dicet ille*] *dicit ille* Ven. — *decet illum* Vet.

eadem — sententia] Sic scripsi e cod. Tur. qui haec ita exhibet: *eadem et in una re haereat in eademque commoretur sententia.* Secutus est Schirach. Ad hanc lect. proxime accedit Ven. 1. *eadem ut unam in rem haereat et in eadem commoretur sententia* atque Vit. Dr. Mon. Ven. 2. Tul. ac Palatt. posteriores: *eadem ut unam in rem haereat et in eandem commoretur sententiam.* — *eadem et unam rem et haereat in eadem commoreturque sententia* Palatt. priores. — *eandem et unam rem et haereat in eadem commoreturque sententia* Aldd. Ju. Cr. Man. Grut. ac recentt. Nostram autem lect. iam recepit Rivius et Lamb. — Jul. Victor. p. 99: *ut aut haereat in eadem commoreturque sententia.*

irrideat] *redeat* Gu. 3. Cod. Reg. 7703.

iam aliquid] om. *iam* Ven. 2.

quod dixerit] Sic e Cod. Turic. Quinct. Schirach. — *quod dixit* Ceteri.

rursus quasi ad interrogata sibi ipse respondeat: ut contra ac dicat accipi et sentiri velit: ut addubitet, quid potius aut quomodo dicat: ut dividat in partes: ut aliquid relinquat ac negligat: ut ante praemuniat: ut in eo ipso, in quo reprehendatur, culpam in adversarium conferat. Ut saepe cum iis, qui audiunt, 138
nonnunquam etiam cum adversario quasi deliberet: ut hominum sermones moresque describat: ut muta quaedam loquentia inducat: ut ab eo, quod agitur, avertat animos: ut saepe in hilaritatem risumque convertat: ut ante occupet, quod videat opponi: ut comparet similitudines: ut utatur exemplis: ut aliud alii tribuens dispertiat: ut interpellet: ut interpellatorem coërceat: ut aliquid reticere se dicat: ut denuntiet, quid caveant:

---

quasi] om. Gu. 3. Sch. 2.
sibi ipse respondeat] *respondeat sibi ipse* Ven. 2. — Jul. Vict. l. l. *sibi ipse respondeat, ut contra ac dicat accipi velit. — ut rursus ad interrogata respondeat* Gu. 3.
ac dicat] *ac dicatur* Reg. 7703. — *quam dicat* R. 7704.
accipi et sentiri] *accipi ac sentiri* Vit. — *et sentire* Ven. 1. 2. — om. *et sentiri* Jul. Vict. — *accipiat sentirique velit* Vet.
ut addubitet] *ut dubitet eo quid* Vet.
ac negligat] *aut n.* Mon.
138. *cum iis qui*] *cum his* Vit. Ven. 1. 2. Med. Tul. Jul. Vict.
sermones moresque] *mores sermonesque* Quinct. Sch.
ut muta] om. *ut* Mon.
loquentia] *eloquentia* Dr. Ven. 1. 2. Med. Aldd. Ju. Crat. Vict.
ut saepe] *ut se* Jul. Vict.
risumque] Ven. 1. Med. — *risumve* Ceteri. cf. §. 150.
quod videat] Gu. 3. Aldd. Ju. Crat. L. Camer. *quod putat.*
ut utatur] om. *ut* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. *citatur* Mon.
aliud alii] *aliud tribuens dispartiat* Vit.
ut interpellet, ut int.] Sic scripsi e probabili conjectura, ad quam quasi manu duxit Vit. Mon. Ven. 1. 2. *ut interpellet, oratorem coerceat.* — om. *ut interpellet* Ceteri. — *ut interpellatorem interpellatus coerceat* Ald. 2. Meam autem lectionem esse veram, ex Cic. de Orat. III, 53. §. 205. (qui nostro omnino respondet locus) luculenter apparet, ubi inter dicendi figuras hae quoque memorantur: — „*similitudo et exemplum, digestio, interpellatio, contentio, reticentia.*“ Ac Quinct. IX, 2, 2. „*Nam quomodo iudex doceri potest, si desit illustris explanatio, propositio — — — praemunitio, similitudo, exemplum, digestio, distributio, interpellatio, interpellantis coercitio, contentio.*“
reticere] *retinere* Vet.
ut denuntiet] *et den.* Vit. Med. Tul.
caveant] int. iudices. Sic Vit. Mon. Vict. Grut. Ern. Sch. ac Jul. Victor. — *caveat* Dr. Ven. 1. 2. Med. Cr. Tul. Aldd. Man. Or. ac

ut liberius quid audeat: ut irascatur etiam: ut obiurget aliquando: ut deprecetur: ut supplicet: ut medeatur: ut a proposito declinet aliquantulum: ut optet: ut
139 execretur: ut fiat iis, apud quos dicet, familiaris. Atque alias etiam dicendi quasi virtutes sequetur: brevitatem, si res petet: saepe etiam rem dicendo subiiciet oculis, saepe supra feret quam fieri possit: significatio saepe erit maior quam oratio: saepe hilaritas, saepe vitae naturarumque imitatio. Hoc in genere (nam quasi silvam vides) omnis eluceat oportet eloquentiae magnitudo.
41 Sed haec nisi collocata et quasi structa et ne-
140 verbis ad eam laudem, quam volumus, aspirare n-

Quinct. Quae si vera esset lectio, dixisset potius Cicero: *ut di-* *quid caveat*, non, *ut denuntiet quid caveat.*

ut liberius] *et lib.* Vit. Dr. Tul. Med. — om. *ut liberius quid aud-* Ven. 2. — om. *ut* Mon.

ut irascatur etiam, ut] *ut irascatur, etiam ut* L. Cod. Turic. Q- om. *etiam* J. Vict.

aliquando] om. Jul. Vict.

ut medeatur] *ut Medea medeatur* Ven. 1. — *ut minetur* Purgold. *medeatur ut medeat* Mon. Respondet de Orat. 3. §. 205. *purgatio et con-* *ciliatio.*

aliquantulum] *aliquantum* Vit. Dr. L. Turic. Qnt. V. Bremi ad C- de Fato p. 29.: „*In eadem enuntiatione bis legitur ut declinet a proposito. Maior enim erat enuntiatio et Cicero summi oratoris of-* *cia exponens oblitus est, se illa iam dixisse.*" — Sed differre vide- aliquantum haec figura a priore „*ut declinet a proposito.*" Ut e- in libris de Orat. III, 53. 202. primum *ab re degressio* memora- tum §. 205. *declinatio brevis a proposito, non ut superior illa d-* *gressio*, sic h. l. et longiorem et breviorem degressionem enum- Cicero. Brevior fit, cum breviter et obiter aliquid praeter pro- positum addimus.

ut optet] *ut oportet* Dr.

iis] *his* Vit.

apud quos dicet] *dicat* Steph. L. Gu. 3.

familiaris] *aliquantum familiaris* mg. Gothofr.

139. *atque alias*] *atque in alias* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul.

quasi virtutes] Schir. suspect. *quasi.*

sequetur] Gu. 3. L. Sch. 2. Or. Tur. Qnt. — *sequatur* Ceteri. — *sequantur* Ven. 1. Cohaeret hoc membrum cum illo superiore: *S-* *igitur dicet ille, ut verset* etc. *atque alias etiam d. q. virtutes sequetur.*

fieri possit: signif.] *fieri possit significatio: saepe res maior quam* *oratio* Med. — *saepe res erit maior quam o.* Tul. — *sumi possit signi-* *ficatio: saepe res maior q. o.* Vet. — *sepe est maior* Vit.

naturarumque] *naturaeque* Ven. 1. Med.

Cap. 41. 140. *vides*] *videas* Vit. Ven. 1. 2. Tul.

possunt. De quo cum mihi deinceps viderem esse dicendum, etsi movebant iam me illa, quae supra dixeram, tamen his, quae sequuntur, perturbabar magis. Occurrebat enim, posse reperiri non invidos solum, quibus referta sunt omnia, sed fautores etiam mearum laudum, qui non censerent eius viri esse, de cuius meritis tanta senatus iudicia fecisset comprobante populo Romano quanta de nullo, de artificio dicendi literis tam multa mandare. Quibus si nihil aliud responderem, nisi me M. Bruto negare roganti noluisse, iusta esset excusatio, cum et amicissimo et praestantissimo viro et recta et honesta petenti satisfacere voluissem.
Sed si profitear (quod utinam possem!) me studiosis 141
dicendi praecepta et quasi vias, quae ad eloquentiam ferrent, traditurum: quis tandem id iustus rerum existimator reprehendet? Nam quis umquam dubitavit, quin in republica nostra primas eloquentia tenuerit

---

cum mihi] *cum nihil* Ven. 2. Tul. — *videretur* Gu. 3.

etsi movebant iam] Steph. L. Ern. — *etsi movebant me iam* Gu. 3. Sch. 2. — *etsi movebant etiam me* Ju. 1. 2. Gryph. 1. 2. Ald. 1. 2. — *etsi movebant me etiam* Crat. — *etsi non movebant iam.* Vit. Dr. Oxx. Ven. 1 2. Med. Tul. Vict. Man. — *etsi non movebant tam* Or. Negatio recte poneretur, si Cicero dixisset: *etsi non movebant iam me illa, tamen iis quae sequuntur, perturbabar.* Nunc autem cum dicit *perturbabar magis*, aliam iam commotionem animi antea sensisse se indicat. quod igitur his verbis significatur: *etsi movebant iam me illa quae supra dixeram.* Cum enim iam illa priora ab Romanorum consuetudine ac more abhorrerent, verecunde suscepi talem scriptionem: nunc autem cum de minutissimis rebus sermo erit, multo magis quam antea perturbor.

tamen his quae] Sic Vit. Ven. 1. 2. Med. Tul. — *iis* Ceteri.

mearum laudum] *laudum mearum* Gu. 3. Aldd. Ju. Cr. Camer. L. Sch.

viri esse] *esse viri* mg. 1584.

tam multa] *tum m.* Vit. — *tam multa litteris* mg. Gothofr.

cum et] om. *et* Ven. 1.

et recta] *et erecta* Vict.

141. *si profitear*] *si profiterer* Ern. Sch. — *si profiteatur* Vet.

studiosis] *studiosius* Vet.

quis tandem id] *quid tandem* Vet. St. om. *id* Vit.

existimator reprehendet] Sic edidi e Vit. Dr. — *aestimator reprehenderet* Ceteri. Reizius quoque lect. *existimator* adnotavit et hic et in Brut. §. 252. cf. §. 112.

dubitavit] *dubitabit* Vet.

primas eloquentia] *pr. eloq. partes t.* Vit.

semper urbanis pacatisque rebus, secundas iuris scientia?
cum in altera gratiae gloriae praesidii plurimum est;
in altera persecutionum cautionumque praeceptio; quae
quidem ipsa auxilium ab eloquentia saepe peteret, ea
vero repugnante vix suas regiones finesque defenderet.
142 Cur igitur ius civile docere semper pulchrum fu
hominumque clarissimorum discipulis floruerunt domus
ad dicendum si quis acuat aut adiuvet in eo iuventutem
vituperetur? Nam si vitiosum est dicere ornate, pell
tur omnino e civitate eloquentia. Sin ea non mo
eos ornat penes quos est sed etiam universam rem
blicam: cur aut discere turpe est, quod scire honest
est: aut, quod nosse pulcherrimum est, id non glori
42 sum docere? At alterum factitatum est alterum nov
143 Fateor: sed utriusque rei causa est. Alteros enim r
spondentes audire sat erat, ut ii qui docerent null
sibi ad eam rem tempus ipsi seponerent, sed eod
tempore et discentibus satisfacerent et consulenti

---

semper] *super* Vet.
urbanis] *in urbanis* L.
persecutionum] *prescriptionum* Vit.
quae quidem] *que quid* Dr.
finesque] *fineis* Cr. — *et fines* Gu. 3.
hominumque] *virorumque* mg. Gothofr.
142. *discipulis*] *disciplinis* Dr. mg. Tul.
floruerunt domus] *domus f.* Aldd. Cr. L.
sin ea] *si ea* Vit.
eos] *hos* Ern.
sed etiam universam] *sed etiam iuvat univ.* Vet.
cur aut] *cur ut* Ven. 1.
honestum est] om. *est* Sch. 2.
nosse] *noscere* Ven. 1. 2. Med. Tul. — *posse* Vet.
gloriosum] *gloriosum est*] Dr. L. Steph.
Cap. 42. 143. *factitatum est*] om. *est* Sch. Gu. 3.
ut ii qui docerent] *ut hi* Vit. Ven. 1. 2. Med. Tul. — *ut qui* [illegible]*ret* Vet.
tempus ipsi] om. *ipsi* Gu. 3. Vet. — *ipsis* Schell. Obss. p. 36. [illegible]chardi. — *tempus ipsum* Sch. Sensus est: Sat erat ad discenda[illegible] respondentibus auscultare, ita ut ii ipsi qui iuris scientiam p[illegible]tebantur non alio tempore, nisi cum responderent, id pe[illegible]rent munus.
seponerent] *seponeret* Vet.
et discentibus etc.] *tempore discentibus et satisfacerent consul.* V[illegible] 1. — *discentibus et satisf. et cons.* Ven. 2. — *et dicentibus id est* [illegible]*diosis ut satisfaceret* Vet. — *et dicentibus s.* etc. Steph.

Alteri, cum domesticum tempus in cognoscendis componendisque causis, forense in agendis, reliquum in se ipsis reficiendis omne consumerent, quem habebant instituendi aut docendi locum? Atque haud scio an plerique nostrorum oratorum ingenio plus valuerint quam doctrina. Itaque illi dicere melius quam praecipere:
nos contra fortasse possumus. At dignitatem docere 144
non habet. Certe, si quasi in ludo: sed si monendo, si cohortando, si percunctando, si communicando, si interdum etiam una legendo audiendo: nescio cur, cum docendo etiam aliquid aliquando posses melius facere, nolis? Si quibus verbis sacrorum alienatio fiat, docere honestum est, ut est: quibus ipsa sacra retineri
defendique possint, non honestum est? At ius profi- 145

---

forense] *in cognoscendis: componendisque causis forensïbus et agendis* Med.

consumerent: quem habebant] *consumentur. quem habeat* Vit. — *habeāt* Ven. 1.

nostrorum oratorum] *nostrum* Vit. Muret. Ven. 2.

oratorum ingenio] *oratorum contra atque nos ingenio* Vit. Vet. Oxx. Ven. 2. prob. Muret. V. L. XII, 20 et Reizio.

possumus] *possumus melius docere.* Vit. Muret. Reiz. — *nos contra fortasse melius possumus docere.* Ven. 2.

144. *at dignitatem*] *possumus ad dignitatem melius docere. Non habet certe se quasi* etc. Gu. 3. Dr. Ven. 1. Med. — *ac dignitatem docere, non habet certe se quasi in ludo* Ven. 2.

monendo] *movendo* Vet. Ven. 2.

si percunctando] om. *si* Vit. Med. Ven. 2. — *percuntando* Vit. — *percontando* Crat.

communicando] *connumerando* Ven. 1. — *commemorando* Vit. Dr. — *commorando* Ven. 2.

nescio cur cum] Recepi e Vit. hanc concinniorem multo lectionem quam vulgata est: *nescio cur non docendo etiam aliquid aliquando si possis meliores facere cur nolis?* Ald. Ju. Cr. Man. Gryph. 1. 2. Grut. — *nescio cur non dicendo etiam aliquid aliquando posses melius facere cur nolis* Dr. Ven. 1. — *nescio cur non dicendo etiam aliquid aliquando si posses melius facere cur nolis?* Ven. 2. — *nescio cur non docendo etiam aliquid aliquando si posset meliores facere cur nolis?* Med. — *nescio, docendo etiam aliquid aliquando si possis meliores facere, cur nolis?* sic deletis vocabb. *cur-non* L. Ern. Sch. Or. improb. Bremio ad Cic. de fato p. 37.

Si quibus verbis] Sic recepi e Vit. — *an quibus verbis* Ceteri. — om. *verbis* Vet.

ut est] Sic Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Vict. L. Man. Or. — om. Gu. 3. Aldd. Ju. Cr. Tul. Ern. Sch.

defendique] om. *que* Vit.

145. *at ius*] *at eius* Dr.

tentur etiam qui nesciunt: eloquentia autem' illi ipsi, qui consecuti sunt, tamen se valere dissimulant, propterea quod prudentia hominibus grata est, lingua suspecta. Num igitur aut latere eloquentia potest, aut id, quod dissimulat, effugit, aut est periculum, ne quis putet in magna arte et gloriosa turpe esse docere alios id, quod ipsi fuerit honestissimum discere? Ac fortasse
146 ceteri tectiores: ego semper me didicisse prae me tuli. Qui enim possem, cum et afuissem domo adolescens, et horum studiorum causa maria transissem, et doctissimis hominibus referta domus esset, et aliquae fortasse inessent in sermone nostro doctrinarum notae, cumque vulgo scripta nostra legerentur, dissimulare me didicisse? Quid erat, cur probarem, nisi quod parum fortasse profeceram?

---

etiam qui] *hi etiam qui* Vit.

eloquentia — tamen se valere] Sic Vit. Dr. Ven. 1. Med. Tul. Ald. Ju. Cr. Vict. Man. Ern. — *eloquentiam autem — tamen se valere* Ven. — *eloquentiam autem — tamen ea se valere.* Steph. L. Grut. Or. — *eloquentiam enim ipsi qui cons. s. tamen ea se v.* Gu. 3. — *eloquentia autem qui consecuti sunt, ipsi tamen ea se v.* Sch. 2.

num igitur] *non igitur* Ven. 2.

dissimulat] *dissimulatur* Ern. suspic.

aut est periculum] *aut quod est peric.* Steph.

quod ipsi] *q. ipse* Ven. 1.

146. *ac fortasse*] *at fortasse* Ven. 1. 2. Med. Tul.

tectiores] *rectiores* Vet. Ven. 1. Med. — *fictiores* Ven. 2. Tul.

prae me tuli] *praementui* Ven. 1.

qui enim possem — dissimulare] Sic Ern. Sch. — *quid enim? possem — dissimulare* Gu. 2. Or. — *quid enim possem? — dissimularem d.?* Ceteri. Malui scribere *qui* pro *quid*, praesertim cum in vocabulis qualia sunt *qui*, *quia*, *quo*, *quod*, *quid*, *quidem*, *quae*, *qua*, *quam*, *quum*, *quoniam* nulla prope fides habenda sit codicibus.

et abfuissem domo] Sic Dr. Gu. 3. Codd. Regii. Steph. L. Sch. Or. — om. *domo* Vit. Ven. 1. 2. Vict. Aldd. Ju. Mau. — om. *et* Aldd. Or. Sch. — *afuissem* L. Sch. — *abivissem* Ven. 1.

maria] Sic Gu. 3. Steph. L. Sch. Or. — *mare* Ceteri.

referta domus] *domus referta* Aldd. Cr.

dissimulare] *dissimularem* v. not. praeced. — *dissimularemne me didicisse?* Med. Ald. 2.

quid erat, cur probarem, nisi] *sed qui cur probarem* Vet. — *qui probarem, nisi* Man. — *quis erat cui probarem, nisi parum* Sch. — *quid erat cur optarem?* Heusing. — *quid erat; quo probarem* Ern. susp. — *Quid? cui probarem? nisi quod* Or. — Locus sanus esse videtur. Sensus est: si artem dissimulare voluissem, quid erat causae, cur in hanc opinionem homines adducere cuperem, nisi quod parum in

Quod cum ita sit, tamen ea, quae supra dicta sunt, 43
plus in disputando quam ea, de quibus dicendum est, dignitatis habuerunt. De verbis enim componendis et 147
de syllabis propemodum dinumerandis et dimetiendis loquemur: quae etiamsi sunt, sicuti mihi videntur, necessaria, tamen fiunt magnificentius quam docentur. [Est id omnino verum, sed proprie in hoc dicitur.] Nam omnium magnarum artium sicut arborum altitudo nos delectat, radices stirpesque non item: sed esse illa sine his non potest. Me autem sive pervagatissimus ille versus, qui vetat

Artem pudere proloqui, quam factites,

dissimulare non sinit quin delecter, sive tuum studium hoc a me volumen expressit: tamen eis, quos aliquid reprehensuros suspicabar, respondendum fuit. Quod 148
si ea quae dixi non ita essent, quis tamen se tam durum agrestemque praeberet, qui hanc mihi non daret veniam, ut, cum meae forenses artes et actiones publicae concidissent, non me aut desidiae, quod facere

---

eloquentia profecissem? Ego tamen longe aliter sentio. Vel aliis verbis, artem si dissimulare vellem, tum id facerem, cum minus me in ea profectum esse sentirem.

Cap. 43. *habuerunt*] *habuerant* Vit.
147. *dimetiendis*] *demetiendis* Tul. Ald. 2. cf. sup. c. 12.
etiamsi sunt] *sint* Vit.
[*est id — dicitur*] *et id* Kob. — Spuria putat Sch. Or.
nam] om. L.
stirpesque] *stipesque* Kob.
me autem] *meque enim* Vet.
sive] *sicut* Ven. 2. Tul.
pervagatissimus] *pervagitatissimus* Cr. — *pervulgatissimus* Vet.
qui vetat] *qui vel ad artem* Vit. Ven. 1. 2. Tul. — *qui vel artem* Or. Med.
quin delecter] sc. arte. Vit. Aldd. Ju. Vict. L. Man. Non offendor hac constructione coniunctionis *quin* post *non dissimulo*. — *quin delectet* sc. ars Ven. 1. 2. Med. Cr. — *non fuit qui delectet* Kob. — *non sinit quid delectet* Ern. Or. — *id quo delecter* Sch.
aliquid repreh.] *repreh. aliquid* Gu. 3. — *quos repreh. suspicabar, aliquid resp. f.* Sch. 2.

148. *concidissent*] *conticuissent* Beier de Off. T. 2. p. 12.
non me aut] *mea ut* Ven. 1. — om. *aut* Vit.

non possum, aut moestitiae, cui resisto, potius quam literis dederem? quae quidem me antea in iudicia atque in curiam deducebant, nunc oblectant domi. Nec vero talibus modo rebus, quales hic liber continet, sed multo etiam gravioribus et maioribus: quae si erunt perfecta, profecto forensibus nostris rebus etiam domesticae literae respondebunt. Sed ad institutam disputationem revertamur.

44 Collocabuntur igitur verba, aut ut inter se quam
149 aptissime cohaereant extrema cum primis, eaque sint quam suavissimis vocibus: aut ut forma ipsa concinnitasque verborum conficiat orbem suum: aut ut comprehensio numerose et apte cadat. Atque illud primum videamus, quale sit, quod vel maxime desiderat diligentiam; est enim quasi structura quaedam, nec id tamen fiet operose: nam esset cum infinitus tum puerilis labor; quod apud Lucilium scite exagitat in Albucio Scaevola,

---

quae quidem me] om. *me* Vit. Ven. 1. 2. Med. Tul. Vict.
deducebant] *dicebantur* Kob. — *deducebantur* Ven. 1. Med.
talibus modo rebus] om. *rebus* L. — *nec vero talibus me rebus forensibus nostris externis ac quales* Vet. St.
etiam domesticae] *et domesticae* Ven. 1. 2. Med. Tul. Aldd. Ju. Cr. — *profecto maximis rebus forensibus nostris et externis inclusae et domesticae literae respondebunt.* Gu. 3. Vet. Or. Conf. quae dixi ad §. III „*et magna.*" — *forensibus nostris etiam d. l. r.* Sch.

Cap. 44. 149. *collocabuntur*] *collocabunt* Med.
aut ut] *ut aut* Vit. Dr. Ven. 1. Med. Tul. Ern. Sch.
quam aptissime c.] *quam amplissime ut coh.* Vet.
extrema cum primis] *cum sequentibus primis* Sch. suspic.
eaque sint] *ea quae sint.* Ven. 1. 2. Med. — *eaque sunt* Dr.
atque illud] *illud* Ven. 2. Tul.
diligentiam. est enim quasi] Sic edidi e Vit. Dr. Ven. 1. Med. Tul. Vict. Man. — *diligentiam, ut fiat q.* Palatt. 1. 2. Aldd. Ju. Cr. L. Ern. Sch. Or. Schir. Utraque lectio bona est; et in eligendo nulla alia causa sum motus nisi auctoritate vetustiorum codd.
structura] *strictura* Ven. 1.
nec id tamen fiet] Sic Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. Vict. Man. — *nec tamen fiat* Aldd. Ju. Cr. L. Ern. Schir. Sch. Or.
cum infinitus] *tum infin.* Dr. Sch. 2.
Albucio] *Albutio* Aldd.
Scaevola] *Scaevula* mg. 1578.

Quam lepide lexeis compostae, ut tesserulae, omnes
Arte, pavimento atque emblemate vermiculato.

Nolo tam minuta haec constructio appareat: sed tamen stilus exercitatus efficiet facile hanc viam componendi. Nam ut in legendo oculus sic animus in dicendo prospiciet, quid sequatur, ne extremorum verborum cum insequentibus primis concursus aut hiulcas voces efficiat aut asperas. Quamvis enim suaves gravesve sententiae tamen, si inconditis verbis efferuntur, offendunt aures:

---

lexeis] *lexis* Cr. — *lepide le xeris compotestate* Vit. a 1. m. — *lepidae lexis* Camer.

compostae] *composite* Ven. 1. Med. — *lexis composui et ut tess. o.* Nonius 1496 et 1511.

omnes arte] *omnes endo* L. Sch. — Cf. de Orat. III, 43, 171. ubi Sch. *ut tesserulae arte Endo pav.* — Edd. Nonii v. *vermiculatum* non recedunt a vulg. scriptura. Contra Laurenb. Antiqu. hunc versum laudat s. v. *endo*. Desideratur sane in hoc versu *in* vel antiquo more *endo*, quod invitis codd. intulit L. sed fortasse haec verba aliter sunt interpretanda quam vulgo fit. *pavimentum* active h. l. dicitur ac significat pavimentare, ita ut in versu nostro *arte* quasi generalis notio praecedat, tum sequantur duae species. Sic scite sunt compositae omnes lexis, ut tesserulae componuntur arte, nempe pavimento i. e. pavimentando atque emblemate. — Aliud quidem exemplum huius usus vocab. *pavimenti* apud Lexicographos non invenies: tamen multa sunt quae ibi frustra quaeras.

atque] *ac* Ed. princ. librorum de Orat. Scaliger ita distinxit haec verba: *Quam lepidae lexes, compostae, ut tesserulae omnes Arte pavimenti atque embl. vermiculatae?*

150. *tam minuta haec*] *haec tam m.* Gu. 3. Sch.

efficiet] *efficiat* Kob. — *inveniet* Sch. suspic.

facile hanc viam] *facile formulam* Gu. 3. Steph. L. — *hanc formam* mg. 1584.

in legendo] *intelligendo* Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul.

oculus] om. Cr.

dicendo] *docendo* Dr. Kob. Med.

ne] *nec* Ven. 2. Tul.

insequentibus] *in sequ.* Ven. 1.

efficiat] *efficiet* Med.

quamvis] *quum* mg. Tul.

suaves gravesve] Sic edidi e Vit. Ven. 1. 2. Med. Tul. Cr. Aldd. Vict. Man. L. Steph. — *gravesque* Grut. Ern. Sch. Or. — *graves suavesve* Dr. — Vis autem part. *ve* haec est: quamvis suaves, quamvis graves sint sententiae, tamen etc. vel, quamvis suaves aliae, aliae graves sint sententiae, tamen etc. — *que* vero hic nullum habet sensum. cf. §. 138.

inconditis verbis] *incondite positis verbis* Gu. 3. Steph. L. — *incompositis verbis* mg. 1584.

offendunt] Sic Vit. Dr. Gud. Ascens. Sch. — *offendent* Ceteri. — *offendant Gryph.* 2.

quarum est iudicium superbissimum. Quod quidem Latina lingua sic observat, nemo ut tam rusticus sit, quin vocales nolit coniungere. In quo quidem Theopompum etiam reprehendunt, quod eas literas tanto opere fugerit, etsi idem magister eius Isocrates: at non Thucydides, ne ille quidem haud paulo maior scriptor

---

superbissimum] *subtilissimum* Steph. L.

quin vocales nolit c.] Sic edidi e Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. L. Gut. Vict. V. L. XII. 17. Turneb. VIII, 8. — *qui vocaleis nolit* Aldd. Cr. Ju. Steph. Man. Ern. Sch. Or. — Utra sit vera lectio, pendet a vi vocabb. *coniungere voces*. Duobus vero modis explicantur ab interpretibus. alteri dicunt, coniungere voces idem esse quod plures deinceps ponere vocales vel vocales geminare, accumulare. alteri, coniungere vocales idem esse quod contrahere, ita ut altera vocalis elidatur. Hanc vero secundam rationem neque linguae usus patitur neque sententiarum nexus. Cicero ita loquitur. Vitandum est imprimis, ne concursu plurium vocalium oratio fiat hiulca. Nostra autem lingua ita est comparata, ut quivis fere nostrorum hominum crebras vocalium concursiones evitare studeat. At Graeci non modo hunc concursum non oderunt, sed reprehendunt etiam, qui eum effugere vult. Ac Plato multas deinceps iungere solet vocales, non convicio Atticarum aurium. Patet igitur, spectare sequentia verba *in quo quidem Theopompum etiam reprehendunt* etc. ad concursum tantummodo plurium vocalium vel ad hiatum, non ad elisionem, qua de re cap. 45. disputavit Cicero. nam postquam de frequenti apud Graecos scriptores hiatu dixerat, ita pergit Apud Romanos haec licentia non datur. ac diligentissime effugere oportet illum concursum, aut, si plures vocales confluunt vel coniunguntur, non omnes singulae enuntiantur, sed coalescunt et una vel altera eliditur. *non distrahimus voces ut Graeci* i. e. non singulae singularum vocalium voces in eloquendo percipiuntur auribus, sed una tantum vox pro duabus. Ergo lectio nostra *quin vocales nolit coniungere* ita explicanda erit: quin concursionem et coniunctionem vocalium diligenter effugere studeat.

in quo quidem Theop. etiam] Sic edidi. *quidem* praebet Ven. 1. 2. Tul. Vict. — *Theop. etiam* sic Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. — *in quo quid etiam Th.* Gryph. 1. — *in quo quidam etiam Theop. reprehendunt* Ceteri. Sed sensus est: Coniunctionem vocalium sedulo vitant nostri homines. At in hac ipsa quidem re Theopompus non solum non laudatur sed vituperatur etiam, quia id fecerit, quod nostri facere debent. — Ante haec inculcat Sch.: *At Graeci facilius ferunt hiatus vocalium.*

tanto opere] *tantopere* Ven. 1. 2. Cr. Man. Dr. Med. Tul. Aldd. L.

etsi idem] Gu. 3. Palat. 2. Steph. L. Or. — *etsi id* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Ju. Cr. Aldd. Man. Ern. Crebra confusio: nam *idem* in codd. *id* scribitur.

Isocrates, at non] *Isocrates fecerat* Gu. 3. Pal. 1. Tul. Med. Ald. 2. Sch. 2. — *Is. fecebat.* Dr. — *Is. fecerit* Vet. — *altamen Thucyd.* Pal. 1.

haud paulo] om. *haud* Vet. Med. — *aut paulo* Vit. a 1. m. Ven. 1. — *ut paulo* Dr. Ven. 2. Tul. V. Manut. ad Cic. Ep. VII, 1.

Plato nec solum in his sermonibus, qui dialogi dicuntur, ubi etiam de industria id faciendum fuit, sed in populari oratione; qua mos est Athenis laudari in concione eos, qui sint in proeliis interfecti, quae sic probata est, ut eam quotannis ut scis illo die recitari necesse sit. In ea est crebra ista vocum concursio, quam magna ex parte ut vitiosam fugit Demosthenes.

Sed Graeci viderint: nobis ne si cupiamus quidem 45
distrahere voces conceditur. Indicant orationes illae 152
ipsae horridulae Catonis, indicant omnes poetae praeter eos, qui ut versum facerent saepe hiabant: ut Naevius

Vos, qui accolitis Histrum fluvium atque Algidam —

Et ibidem

Quam nunquam vobis Graji atque Barbari —

At Ennius semel

Scipio invicte —

Et quidem nos

Hoc motu radiantis Etesiae in vada ponti —

---

in his] *in iis* Man.
in populari oratione] om. *oratione* Ven. 1. 2. — *in orat. populari* L.
concione] *contione* Ven. 2.
ut eam] *ut ea* Vit. Ven. 1. 2. Med. Tul.
ut scis] *ut scitis* Vit.
illo die] *illa die* Ven. 1. 2. Med. Tul.
necesse sit] *necesse est* Vit. Ven. 1.
vocum] *vocalium* Man. L.
quam magna] *quanquam magna* Vet.
Cap. 45. 152. *voces*] *vocales* Man. L.
horridulae] *horridiculae* Ven. 1.
praeter eos etc.] *praeter eos qui tanquam nobis greci atque barbari ut versum facerent.* Dr. — *praeter eos qui nunquam nobis graeci atque barbari facerent* Vet.
vos qui] om. *qui* Ven. 2. Tul.
Histrum fluvium] om. *fluvium* ap. Strebaeum.
atque Algidam] *atque algidam* (om. terram, oram) Schneid. L. G. 1. p. 146. Or. — *atque Algidum* P. Scriver. — *Histrum fluvium algidum* Sch. 1. — In hac voce nomen proprium latere videtur.
vobis Graii] *vobis* Vit. Dr. Grut. Ern. Sch. — *nobis Grai* Ven. 1. 2. Med. Tul. Ju. Aldd. L. Or.
Ennius semel] *saepe* Vet. Gu. 3.
nos] *mos* Vet.
Hoc motu] *hic motu radianti se teste in vada ponti* Ven. 1. 2. Tul. — *hoc motu radianti se teste in v. p.* Med. — *hoc motu radiantis et*

153 Hoc idem nostri saepius non tulissent, quod Graeci laudare etiam solent. Sed quid ego vocales? sine vocalibus saepe brevitatis causa contrahebant, ut ita dicerent, *multi' modis*, *Vas' argenteis*, *palm' et crinibus*, *tecti' fractis*. Quid vero licentius, quam quod hominum etiam nomina contrahebant, quo essent aptiora? nam ut *duellum* bellum et *duis* bis, sic *Duellium*

---

est ac in vada p. Vit. — *hoc motu radiantis etsi eae in v. p.* Man. — *hoc motu radianti etesiae in v. p.* Dr. Vide vers. in Arateis Cic. pag. 151. ed. Schütz. Animadvertendum, Ciceronem eundem in hoc versu hiatum, quem apud Aratum invenerit, retinuisse atque in eadem etiam sede versus, cum ita cecinerit Aratus:

τῆμος καὶ κελάδοντες ἐτησίαι εὐρέϊ πόντῳ
ἀθρόοι πίπτουσι. Vict. V. L. XII, 16.

nostri saepius] *saepius nostri* Aldd. Ju. Cr. L.

153. *quid ego*] *quid ergo* Ven. 2. Tul. Vet.

brevitatis causa contrahebant] Sensus est: Praeter hiatum, cuius causa vocales saepe elidebantur, mutilabant etiam verba eo fine, ut decurtata aptiora essent ad metrum quoddam. Sic dicebant multimodis pro multis modis. Deinde fieri poterat, ut et mutilatio verbi et elisio in uno et eodem vocabulo simul locum haberet, nempe cum vocalis insequebatur. Sic *vasis argenteis* primum mutatur in *vas' argenteis*, tum vocalis ante vocalem eliditur, quare *vas' argenteis* et *palm' et crinibus* pro *palmis et crinibus*.

multi' modis] *multis modis vivas argenteis palma et crinibus tecti fractis* Ven. 1. 2. — *multimodis vivas argenteis palma et crinibus* Vit. — *multimodis ninas argenteis palma et cr.* Dr. — *multimodis vasis argenteis palma et crinibus tectifractis.* Med. — *multis modis vasis argenteis palma et crinibus rectifractis.* Tul. — *palam et crinibue* Junt. L. — *multi' modis, argentei' vasis, passi' crinibus, tecti' fractis.* L. refutante Schneid. L. G. 1. p. 350. Ceterum *palm' et crinibus* est graecum καὶ χερσὶ καὶ κόμαισι ap. Eurip. Phoen. 321. Pro *tecti' fractis* coni. quidam *tecti' sartis*.

quid vero] *quid, quaero*, Ven. 2.

quo essent] *quae* Ven. 1.

aptiora? nam] *aptiora et nam* Ven. 1. 2.

bellum et duis bis] *bellum et duus bis* Ven. 1. — *et divis diis* Vit. Ven. 2. Tul. — *et binis bis* Dr. Cf. Varro L. L. VIII. p. 432. „B *sicut est ab uno uni a tribus trini, a quattuor quatrini, sic a duobus duini non bini diceretur: nec non ut quadrigae, trigae, sic potius digae quam bigae.*"

sic Duellium] Sic Vit. Dr. — *sic duullum* Ven. 1. — *sic duillum* Ven. 2. Tul. — *Duilium* — *Bilium* — *Duilii* suadet Garatonius ad Priscian. p. 262. ed. Or. dissuadente Spald. ad Qut. 1. 4, 15. Schneid. L. G. 1. p. 229. cf. Quinct. l. l. „*Sed B quoque in locum aliarum dedimus aliquando, unde Burrus et Bruges et Belena. Nec non eadem fecit ex duello bellum, unde Duellios quidam dicere Bellios ausi.*" Varro L. V. 10. §. 22. „*Bellona a bello nunc quae Duellona a duello.*" ib. VII. p. 335. *Duellum id postea Bellum.* De columna rostrata Duilii v. Sickler Rom und Latium p. 131. 624.

eum, qui Poenos classe devicit, *Bellium* nominaverunt, cum superiores appellati essent semper *Duellii.* Quin etiam verba saepe contrahuntur non usus causa sed aurium. Quomodo enim vester *Axilla Ahala* factus est, nisi fuga literae vastioris? quam literam etiam e *maxillis* et *taxillis* et *vexillo* et *pauxillo* consuetudo elegans Latini sermonis evellit. Libenter etiam copu- 154
lando verba iungebant ut *sodes* pro *si audes*, *sis* pro *si vis*; iam in uno *capsis* tria verba sunt, *ain'* pro *aisne*, *nequire* pro *non quire*, *malle* pro *magis velle*, *nolle* pro *non velle*. *Dein* etiam saepe et *exin* pro

---

Poenos] *penos* Ven. 1.

Bellium] *ut bellicum* Ven. 2. — *bellum* Vit.

semper] om. Gu. 3.

Duellii] *due illi* Vit. — *duelli* Dr. Ven. 1. 2.

vester Axilla Ahala] Sic edidi e cod. Mureti V. L. XII, 20. prob. Reizio. L. — *quomodo enim videtur axilla ala* Vit. — *Ala* Dr. Aldd. Ju. Vict. Man. Or. — *Alla* Ven. 1. 2. qua de scriptura v. Garat. ad Planc. p. 150. ed. Or. — Alia lectio *noster Axilla* a Lipsio de Pronunt. L. L. c. VI. extr. memoratur, quam tamen in nulla mearum edd. vidi. — *vester Haxilla ala* Tul. Pro *Axilla*, nomine proprio, *Ahala* dicebatur: pro *axilla*, nomine substantivo, *ala*.

nisi fuga] *fugae* Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul.

et taxillis] *e taxillis* Dr. Med. Ju. Aldd. Cr. Vict. Man. — *et axillis* Vit. cod. Mur. Ven. 1. 2. Tul. — om. *et* L.

et pauxillo] Sic edidi e Vit. cod. Mur. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. — *et paxillo* Ceteri. Cf. Priscian. l. 3, 6. p. 182. Kr. „*Facit paulus, paululus et ex hoc pauxillus et pauxillulus. Similiter velum vexillum facit diminutivum. Ideo mala assumpta x facit maxilla et talus taxillus.*"

254. *Libenter*] *labenter* Ven. 1.

sodes] v. Nonium h. v. — Lindem. ad Plaut. Capt. 1, 2, 1. „*Sodes ex si audes quod pro si audies. Nam pro audire antiquitus in usu videtur fuisse audere tertia coniugatione. Similiter parere et parire dixisse videntur veteres, ubi tertiae coniugationis forma obtinuit.*" —

capsis] V. Quinct. 1, 5, 66. „*Nam ex tribus nostrae utique linguae non concesserim: quamvis capsis Cicero dicat compositum esse ex cape si vis.*" — Est potius archaismus pro *ceperis*. v. Spald. ad Quinct. l. l.

sunt] *sinit* Dr.

ain'] *ain pro ainsne* Dr.

nequire pro non quire] ut Ennius locutus est. v. Vict. V. L. XVI, 8.

dein etiam saepe etc.] Grut. Ern. Sch. Or. — *deirde etiam saepe et exin pro exinde et proin pro proinde dicimus.* Ven. 2. Tul. — *dein etiam saepe ut exin pro deinde et exinde dicimus.* Vit. — *deinde etiam saepe et exin pro inde et pro exinde dicimus* Ven. 1. — *Dein etiam saepe et exin pro deinde et pro exinde d.* Dr. Aldd. Med. Ju. Cr. Vict. Man. —

deinde et *exinde* dicimus. Quid? illud non olet unde sit, quod dicitur *cum illis*, *cum* autem *nobis* non dicitur sed *nobiscum?* quia si ita diceretur, obscaenius concurrerent literae, ut etiam modo, nisi *autem* interposuissem, concurrissent. Ex eo est *mecum* et *tecum* non *cum me* et *cum te*, ut esset simile illis *nobiscum* atque *vobiscum*.

46 Atque etiam a quibusdam sero iam emendatur
155 antiquitas, qui haec reprehendunt. Nam *Proh deum atque hominum fidem—deorum* aiunt. Ita, credo, hoc illi nesciebant: an dabat hanc consuetudo licentiam? Itaque idem poeta, qui inusitatius contraxerat

---

Dein etiam saepe exin pro exinde dein pro deinde dicimus. Vet. In hac tanta varietate lect. sic scribere velim: *Dein etiam saepe ut exin pro exinde et proin pro proinde dicimus.*

quid? illud non olet] Sic distinxi. v. Spald. ad Quinct. T. 1. p. 74. — *quid illud non det* Ven. 1. — *quid illud nolet pro non volet: unde fit.* Med.

concurrerent] *concurrent* Kob. — *occurrerent literae* Vit.

mecum et tecum] Priscian. l. XII. p. 949: „*Cicero de Oratore: Noluimus cum me et cum te dicere, ne eidem computationi adiungendum esset cum nobis, sed potius mecum et secum et nobiscum diximus, cum praepositione, quae facit obscaenum, assidue postposita.* Quinct. VIII, 3, 44. — „*hoc vitium fit quod* κακέμφατον *vocatur: sive mala consuetudine in obscenum intellectum sermo detortus est — — sive iunctura deformiter sonat, ut, si cum hominibus notis loqui nos dicimus, nisi hoc ipsum hominibus medium sit, in praefanda videmur incidere: quia ultima prioris syllabae litera, quae exprimi nisi labris coeuntibus non potest, aut intersistere nos indecentissime cogit, aut continuata cum insequente, in naturam eius corrumpitur.*" Cic. Ep. Fam. IX, 22. Pompei. de Barbarismis p. 439. — Inde a vv. *quid? illud — atque nobiscum* Sch. damnat, improb. Beier. p. Scaur. p. 175.

nobiscum atque vobiscum] Sic e Dr. — *vobiscum atque nobiscum* Ceteri. — *ac nobiscum* Vit.

atque etiam a] *atque etiam alia sunt per contractionem a quibus sero* Vet.

Cap. 46. 155. *nam proh deum*] *nam pro deum*, Ern. Sch. Or. Sed ut infra §. 156. *vel proh deum dico vel proh deorum*, sic h. l.

atque hominum] *ac hom.* Vit.

deorum aiunt] *pro deorum aiunt* Dr. Gu. 3.

ita, credo, hoc] Sic distinxi. — *ita credo. hoc* Ceteri. — *id credo illi nesciebant* Sch. — *itaque credo huius modi illi nesciebant* Gu. 3.

hanc consuetudo lic.] sic Crat. Gu. 3. Aldd. L. Ju. Sch. Or. — *hanc lic. consuetudo* Ceteri. cf. Quinct. 1, 6, 18. „*Iidem centum millia nummum et fidem Deum ostendant duplices soloecismos esse, quando et casum mutant et numerum: nesciebamus enim, ac non consuetudini et decoro serviebamus, sicut in plurimis, quae Tullius in Oratore divine ut omnia exequitur.*"

idem poeta] Accium significari poetam, mecum communicavit G.

Patris mei, meum factum pudet

pro *meorum factorum*, et

Texitur: exitium examen rapit

pro *exitiorum*, non dicit *liberum* ut plerique loquimur, cum *Cupidos liberum* aut *In liberum loco* dicimus, sed ut isti volunt:

Neque tuum unquam in gremium extollas liberorum ex te genus.

Et idem

Namque Aesculapi liberorum —

At ille alter in Chryse non solum

Cives, antiqui amici maiorum meum —

quod erat usitatum, sed durius etiam

Consilium socii, augurium atque extum interpretes —

Hermannus. Quod tum ex aliis causis tum praecipue ex illis versibus apparet:

Namque Aesculapi liberorum saucii opplent porticus
Non potest accedi.

Vide reliquos qui cum his conjuncti sunt versus in Tuscul. II, 16. Hi autem versus ex illa Accii fabula quae ἐπὶ ναυσὶ μάχῃ dicitur, sunt depromti. Confer alios similis argumenti versus inter fragmenta huius fabulae.

patris mei, meum f.] reliquos versus v. de Divin. 1, 31. — *patris mei et meum f.* Vit. — *patrem meum meum factum pudet* Med. — Hos Accii versus Hecubae eius vel Troadibus tribuit Bothe Poet. Scen. p. 275. ubi dicit: — „*meum factum, i. e. meum patrem factum esse, mulieris indignae.* *Meorum factorum interpretatur Cicero sed fallitur.*"

texitur. exitium examen rapit] V. de divin. 1, 31. — *exitur* Kob. — *examen capit.* Ven. 1. 2. — *texitur exitium examen: capit pro exitiorum* Tul. — *texitur exitium examen capiti, pro* Gryph. 1. 2.

ut plerique] *ut pleraque* Ven. 1.

in liberum loco] *in liberum locum* Tul.

neque tuum unquam] *neque tu unquam* Vit. Dr. Med. Ven. 2. Tul. Kob. — *neque tuom* Bothe. — *nec tuum* Sch. Versus trochaicus tetrameter catal. Elmsleius ad Eur. Med. 785. aut ex Phoenice Ennii aut ex Homero (Il. ι, 455.) translata esse haec verba putavit.

namque Aesculapi liberorum] *librorum.* Kob. — *Aesclapii* L. — *Aesculapii* Ven. 1. Aldd. Med. Cr. Vict. Man.

at ille] Sic Vit. Dr. Gu. 3. Ven. 1. 2. Aldd. Ju. Cr. Vict. Man. Tul. L. Grut. Or. — *et ille* memoratur, nescio tamen ex qua editione. nam Grut. cui hanc tribuit lectionem Orelli, habet *at.* Versus sunt tetram. iambici. Pacuvium significat.

alter] *aliter* Vit. Dr. Ven. 2. Tul. v. Vict. V. L. XIX, 2.

quod erat] *quod erit* Dr.

consilium socii] om. *socii* Grut. (errore typogr.) Ern. Sch. — *consilium socium* Vit. a 2. m. — *consilium secum* Gu. 3.

extum] *exitum* Ven. 1. 2. Tul. Ju. — *exitium* mg. Tul. Med.

idemque pergit:

Postquam prodigium horriferum, portentum pavos —

quae non sane sunt in omnibus neutris usitata. Nec enim dixerim tam libenter *armum iudicium*, etsi est apud eundem,

Nihilne ad te de iudicio armum accidit?

156 quam *armorum*. Iam (ut censoriae tabulae loquuntur) *fabrum* et *procum* audeo dicere, non *fabrorum* et *procorum*. Planeque *duorum virorum iudicium* aut *trium virorum capitalium* aut *decem virorum stlitibus iudicandis* dico nunquam. Atqui dixit Accius:

---

prodigium] *prodigum horriferum portentu pavor* Vit. — *portentu pavor* Dr. Med. — *puvor* Aldd. Ju. Cr. Kob. L.

non sane sunt] *non sunt sane* L.

in omnibus neutris] *in homnibus neque utrique usitata.* Vet. — *in omnibus neque utique usitata* Tul. — *in omnibus ne utique us.* Med. Gu. 8. cf. Priscian. l. VII. p. 808. „*Frequentius hac utitur et Cicero et ceteri syncopa in eis nominibus, quae numeros vel mensuras significant. Recusant autem hoc in masculinis habentibus neutra vel in neutris, ne similis sit nominativo singulari neutrorum, quamvis in iis quoque nominibus, quae ex se faciunt neutra, licet non frequens, invenitur tamen usus huiusecemodi concisionis.*“ De vera natura harum formarum Spalding. disputavit in Museum der Alterthumswiss. v. Wolf. T. 2. p. 368.

dixerim] *duxerim* Dr.

156. *etsi est*] *et sic est* Beier ad Orat. p. Scaur. p. 147.

nihilne ad te] *nihil te de iudicio* Dr.

armum] *armorum* (sine ulla auctoritate) Scriverius in fragm. Pacuvii. *Beier* l. l. — Sed versus esse videtur trochaicus. Et iam ex conformatione huis versus (valde enim est incitatus) fit verisimile, non esse iambicum sed potius trochaicum.

quam armorum] Gryph. 1. Steph. L. Ern. Sch. Or. — *quam centuriam ut censoriae* etc. Vit. Dr. Ven. 1. Med. Aldd. Cr. Vict. Tul. Man. Ea vero lectio multa habet incommoda. Primum cur memoratur centuria fabrum, ubi non de centuriis sed nonnisi de genitivi forma in *um* vocabuli *fabrum* agatur? Cur porro tali ponit verba ordine *quam centuriam, ut censoriae tabulae loquuntur, fabrum* pro simplici *quam, ut censoriae tabulae loquuntur, centuriam fabrum?* Deinde ridicula est coniunctio verborum *centuria fabrum et procum.* Postremo, quomodo voc. *centuriam* ex voc. *armorum* oriri potuerit, ex palaeographia demonstrari potest. — *quam centuriae ut censoriae* etc. Ven. 2. — *armorum accidit? Jam centuriam (ut censoriae t. loquuntur) fabrum et proletarium audeo dicere, non fabrorum et proletariorum.* Beier l. l.

audeo] *audio* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Tul.

capitalium] *capitolium* Dr. Ven. 1. 2.

stlitibus] Sic edidi e cod. Mureti V. L. XII, 20. prob. Heusing. praef. ad Off. p. XXXXIII. Schir. — *litibus* Ceteri.

Atqui] *atque* Ven. 2. — *et qui* Vit. Dr. Ven. 1.

Video sepolcra dua duorum corporum

idemque

Mulier una duum virum.

Quid verum sit, intelligo; sed alias ita loquor ut concessum est, ut hoc vel *Proh deum* dico vel *Proh deorum*, alias ut necesse est, cum *trium virum* non *virorum*, cum *sestertium nummum* non *nummorum*: quod in his consuetudo varia non est.

Quid, quod sic loqui *nosse*, *iudicasse* vetant, *no-* 47
visse iubent et *iudicavisse*? quasi vero nesciamus, in 157
hoc genere et plenum verbum recte dici et imminutum usitate. Itaque utrumque Terentius,

Eho, tu cognatum tuum non noras?

Post idem

Stilphonem, inquam, noveras?

Siet plenum est, *sit* imminutum: licet utare utroque. Ergo ibidem:

---

video sepolcra dua] *sepulcra duo* Vit. — *video sepulchra dura* Tul. — *sepulchra dua duum corporum* Med. Pro *corporum* fort. *procorum*.
quid verum] *quid duorum* Vet.
vel proh deum] *ut hoc vel proh deorum alias ut necesse* Vit.
cum sestertium] *et sestertium* Steph. L.
non nummorum] *non sestertiorum nummorum* Med. — *non sextertiorum non nummorum* Ven. 2. Tul.
quod] *quid* Ven. 2.

Cap. 47. 147. *nosse, iudicasse*] *nos et i.* Ven. 1. — *nosse et iudicasse* Med. Tul. cf. Quinct. IX, 4, 59. „*Etiam ubi aliud ratio, aliud consuetudo poscet, utrum volet, sumat compositio, Vitavisse vel vitasse, Deprendere vel deprehendere.*“
et imminutum] *et minutum* mg. Tul.
eho] *eo* Ven. 1. Med. Tul.
cognatum] *sobrinum* Ter. Phorm. 2, 3, 35.
post idem] *post ibidem* Vet.
Stilphonem] *stilbonem* Dr. — *stilionem* Ven. 2.
inquam] *inquam est n.* Ven. 1. 2. — *inquam non noveras* L.
siet — sit] *sic et plenum est sicut imminutum* Vit. — *sic et plenum est sicut imminuto licet utare utroque ergo.* Tul. Ven. 2. — *sivet plenum sive imminutum* Dr. — *sive plenum est sive imminutum, licet utare utroque ergo ibidem.* Med. — *siet* — *sicut* Ven. 1.

Quam cara sintque, post carendo intelligunt,
Quamque attinendi magni dominatus fient.

Nec vero reprehenderim

Scripsere alii rem,

scripserunt esse tamen verius sentio: sed consuetudini auribus indulgenti libenter obsequor.

Idem campus habet

---

quam cara sintque] *quam curae sint quae* Ven. 2. Med. — *quam cara sint, quae* Tul. Or. — *quam cara sint qui* Sch. Versus corruptus, nec reperi locum

quamque] *quam quem* Med. Ven. 2. Tul.

sient] *scient* Dr.

scripsere alii rem] v. in Brut. c. 19. — *scripsere aliter et scripserunt* Vit. — *scripsere alii item et scr.* Tul. Ven. 2. Cr. Junt. 2.

scripserunt esse tamen] Sic dedi e Vit. deleta copula *et*. quare non opus est coni. Lamb. Spald. (ad Qut. 1, 5, 44.) Sch. Or. — *etsi scripserunt esse verius s.* — *et scr. esse verius* Ceteri. Quinct. l. l. „*Sed quem potius ego quam M. Tullium sequar? qui in Oratore: Non reprehendo, inquit, scripsere: scripserunt esse verius sentio.*"

libenter] *liber* Ven. 1.

Idem campus habet] *idem c. h. i. E. et in templis idem probavit. at iisdem erat verius. nec tamen isdem ut optimus male sonabat. iisdem est impetratum.* Vit. — *Idem — in t. isdem p. at eisdem e. v. nec tamen iisdem ut optimius malet sonabat. iisdem impetratum.* Dr. — *isdem c. h. i. E. et in templis idem p. ac isdem erat verius nec tamen idem ut optimus male sonabat, isdem ipse tractum est a consuetudine.* Ven. 2. Tul. — *idem c. h. i. E. et in t. iisdem p.: at eisdem e. v.: nec tamen iisdem ut opimius male sonabit iisdem impetratum est.* Med. — *nec tamen eisdem. Opimius male sonabat iisdem* Man. — *idem c. habet i. E. et in templis isdem. probavit isdem. at eisdem erat verius, nec tamen opimius. male sonabat iisdem. Impetratum* etc. Gryph. 2. — *idem c. h. i. E. et in templis isdem, probavit. At isdem erat verius; sed tamen opimius. Male sonabat iisdem.* Sch. (haec addens). — „*Cicero hoc significat, pro idem in genere masculino verius fuisse isdem, sed tamen opimius ob duas consonantes sd. In templis isdem Ennium dixisse, quia male sonabat iisdem.*" Bothe Poet. Scen. T. V. p. 72: „*Idem campus habet — In templis isdem exempla sunt syllabarum contractarum. Ergo accipiendum idem pro eidem, sicut isdem pro eisdem, et scribendum fortasse campos habent.*" — Equidem vestigia premens edit. Venetae 1., quae totam periodum sic exhibet: *Idem campus habet, inquit Ennius, et in templis idem probavit. at eisdem erat verius, nec tamen isdem impetratum est* — intermedia verba *eisdem opimius, male sonabat iisdem* pro interpolatis habeo. in iis enim magistrorum more explicatur, cur reliquae formae *eisdem* et *iisdem* ab Ennio fuerint repudiatae, nempe quia prior opima esset, altera male sonaret. consuetudo enim formas evitat male sonantes, ita ut linguae leges potius violentur quam aures. Cicero autem ipse talia singulis de formis observare noluit. Ceterum prius hemistichium Ennii Scaliger in Annott. ad Catullum e schedis Servii sic explevit: Idem campus habet textrinum navibu' longis.

inquit Ennius, et

In templis isdem

probavit. at *eisdem* erat verius, nec tamen [*eisdem*, opimius. Male sonabat, *iisdem*.] impetratum est a consuetudine, ut peccare suavitatis causa liceret. Et *pomeridianas quadrigas* quam *postmeridianas* libentius dixerim, et *mehercule* quam *mehercules*. *Non scire* quiddam barbarum nimirum habere videtur, *nescire* dulcius. Ipsum *meridiem*, cur non *medidiem?* credo quod erat insuavius. Una praepositio est *abs* eaque nunc tantum in 158
accepti tabulis manet ne his quidem omnium: in reliquo sermone mutata est. Nam *amovit* dicimus et *ab*-

---

impetratum est] Augustin. de grammat. p. 2007. ed. Putsch. *Impetratum est a ratione, ut peccare suavitatis causa liceret.*

pomeridianas] Velius Long. p. 2237: „*Sequenda est nonnunquam elegantia eruditorum quod quasdam literas lenitatis causa omiserunt, sicut Cicero, ut verbis ipsius utamur, posmeridianas quoque quadrigas, inquit, libentius dixerim quam postmeridianas.*“

non scire quiddam barbarum] Sic scripsi e Vit. — *non scire quiddam barbarum nimirum videtur* Tul. — *barbarum iam habere videtur* Vet. St. — *non scire quidem barbarum iam videtur* Ceteri.

ipsum meridiem] *ipsum meridiem dicimus cur non medidiem* Med. — *ipsum meridiem dicimus, non med.* Tul. — *Iam videtur nescire dulcius. ipsum meridiem cur non medidiem* Nonius v. *meridies*. cf. Varro L. L. VI. p. 186. „*Meridies ab eo quod medius dies. D antiqui non R in hoc dicebant, ut Praeneste incisum in solario vidi.*“ Quinct. 1, 6, 30.

quod erat insuavius] *credo dulcius ipsum meridiem quod erat insuavius* Vet.

158. *abs, eaque*] Sic Ju. 2. Cr. Steph. L. Ern. Or. — *ab, eaque* Med. Ju. 1. Aldd. Vict. Grut. Schell. Obss. p. 61. Ramsh. Lat. Gr. p. 284. — om. *abs* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Tul. Aliter his de rebus iudicavit Cicero, aliter Varro, aliter grammatici posteriores. ut enim supra §. 154. vocab. *pauxillum* pro prima ac propria forma habet Cicero, *paulum* pro derivata, Priscianus vero *pauxillum* ex *paulum* derivatum esse putat, sic h. l. *abs* antiquissimam esse formam praepositionis significat noster: alii autem *ab*.

in accepti tabulis] *in acceptis tabulis* Dr. Ven. 1. — *eaque nunc tantum in acceptis tabulis manet eneis quidem: omni in reliquo sermone mutata est* Med. — *in acceptis tabulis manet ne eam quidem omnium.* Tul. Ven. 2. cf. Vel. Long. p. 2224. „*Quotiens acceptam pecuniam referebant, non dicebant a Longo, sed ab Longo* (lege *abs Longo*)*: et ait* (Cicero) *religionem hanc scribendi apud paucissimos remansisse saeculo suo.*“

ne his quidem] *nec his q.* Gryph. 1. L. — *ae ne his q.* Ern.

egit et *abstulit*, ut iam nescias, *abne* verum sit an *abs*. Quid? si etiam *abfugit* turpe visum est, et *abfer* noluerunt, *aufer* maluerunt? quae praepositio praeter haec duo verba nullo alio in verbo reperietur. *Noti* erant et *navi et nari*, quibus cum *in* praeponi oporteret, dulcius visum est *ignoti ignavi ignari* dicere quam ut veritas postulabat. *Ex usu* dicunt et *e republica*, quod in altero vocalis excipiebat, in altero esset asperitas, nisi literam sustulisses: ut, *exegit* et *edixit*, [*refecit*, *retulit*, *reddidit*]. Adiuncti verbi primam

---

abne verum sit] *anne verum* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Tul. — *an nexum sit an abs* Med. — *ane verum sit an ab an abs* Sch. Sed haec verba *ut iam nescias a b ne verum sit an a b s* pertinent tantummodo ad illustrandum tertium exemplum *abstulit.* nam in ceteris quivis intelligit, quo modo res se habeat. — *anne verum sit ut ait ab aliis* Gu. 3.

abfugit] *afugit* Vit. — *affugit* Dr. Ven. 2. Tul. — *aufugit* Ven. 1. — *abfugi* Gryph. 1. — *abfugites* L.

abfer] *affer* Ven. 1. 2. Tul. — *afer* Dr. — *et afer ubi noluerunt* Vit.

aufer mal.] *aufugit et aufer maluerunt* Sch. — *aufugites et aufer mal.* mg. 1584.

reperietur] Sic Vit. Ven. 1. Med. Tul. L. Vet. Gellius N. A. XV, 3. — *reperitur* recentiores. — *quae praepositio p. h. d. v. n. a. i. verbo sic mutata reperitur.* Ald. 2. cf. praeter Gellii locum Ambros. Macrob. de diff. et societ. p. 2730. Put. — „*ultro equidem intemerato verbo praepositio saepe corrumpitur — hoc item in latinis. fero, ecfero; aufugio et aufero a praepositione a b componuntur et in his solis a b movetur in a u* (*sic leg.*) *auctore Cicerone.*“

navi et nari] *et ignari* Ven. 1. — *navi et gnari* Dr.

ignoti, ignavi] *et ignavi* Med. — *ignotos, ignavos ignaros* Gu. 3.

quam ut] *quam et* Ven. 1.

e republica] *ex rep.* Dr. Ven. 1.

excipiebat] *excipiat* Vet.

nisi litteram sustulisses] *nisi x literam sustulisses* Ald. 2.

ut exegit et edixit] Cetera exempla sunt interpolata. — *ut exegit et edixit: rettulit, reddidit* Med. — *exegit, edixit, refecit retulit reddidit* Vit. Dr. — *exegit et edixit refecit retulit reddidit* Ven. 1. — *exegit edixit refert retulit reddidit* Tul. Ven. 2. — *exegit edixit effecit extulit edidit* Ald. 2. L. Man. Ern. Or. Repugnant verbis Ciceronis talia ut *effecit*, *extulit*.

adiuncti verbi primam litteram] *adi. verbi in primam l.* Ven. 2. Tul. — *ut exegit, edixit, extulit edidit: at in effecit adiuncti verbi prima litera praepositionem commutavit* Sch. — *adiuncti verbi prima litera praepositionem commutavit* Schneid. L. G. 1. p. 612. — Locus sanus est. *Commutare* est aliud pro alio accipere, ut Nonius ait. Vertitur in nonnullis compositis ultima praepositionis littera in primam verbi litteram. Eodem modo Plaut. Captiv. 1, 1, 33. — „*si queat*

literam praepositio commutavit, ut suffugit, summovit. [*subegit*, *summutavit*, *sustulit.*]

Quid? in verbis iunctis quam scite *insipientem* 48
non *insapientem*, *iniquum* non *inaequum*, *tricipitem* 159
non *tricapitem*, *concisum* non *concaesum?* Ex quo quidam *pertisum* etiam volunt: quod eadem consuetudo non probavit. Quid vero hoc elegantius, quod non fit natura sed quodam instituto? *indoctus* dicimus brevi prima litera, *insanus* producta, *inhumanus* brevi, *infelix* longa. Et ne multis, quibus in verbis eae primae literae sunt quae in *sapiente* atque in *felice*, producte dicitur, in ceteris omnibus breviter. Itemque *compo-*

---

aliquem invenire, suum qui mutet filium." Mil. Gl. II, 3, 35. „*Vae capiti tuo! Pa. Tuo istuc promitto fore, nisi oculos orationemque aliam commutas tibi.*"

ut suffugit, summovit] Cetera delevi exempla. — *ut suffugit, summovit, sustulit* Tul. Ven. 2. — *ut suffugit, summutavit sustulit* Ald. 2. Sch. Or. — *ut subegit, summutavit, substulit* Vit. Dr. — *subegit summutavit sustulit* Ju. L. Non est verisimile, accumulasse Ciceronem exempla. *Subegit* et *sustulit* omnino falsa sunt.

Cap. 48. 159. *quid? in v.*] *quod in v.* Vet.

non concaesum] *non concesum* Ven. 1. Med. Aldd. Vict. — *concisum non concessum* Dr.

quidam] *quidem* Nizol.

pertisum] *percisum* Vit. Ven. 2. Gryph. 1. — *petensum etiam* Vet. — *pertusum* Ven. 1. Med. — *ex quidam percisum* Tul. — *percaesum* Nonius v. *percedere: Concisum non concaesum, et quod quidam percaesum etiam volunt.*

instituto] *instincto* Ven. 1.

indoctus dicimus] Sic Vit. (*inductus*) Gu. 3. Vet. Tul. Gellius N. A. II, 17. — *inclitus dicimus* Ceteri.

producta, inhumanus] *producta insipiens, inhumanus* Ven. 1. Med. — *producta. insipiens brevi* om. *inhumanus* Dr.

et ne multis] *et ne multus quidem in verbis esse videar, primae litterae sunt quae insano atque infoelice productae dicuntur in ceteris omnibus breviter.* Med.

sapiente atque in f.] Addidi *in* e Dr. — *quae in insano atque in felice et* Vet. — *in sapiente quaeque felice* Ven. 2. om. *in* Ceteri.

dicitur] int. prima litera. *producte dicitur in* Sch. — *dicuntur* int. verba. Dr. Gu. 3. Ald. 2. Gellius l. l. — *haec producte dicuntur.* Tul.

in ceteris o.] *in ceteris vero o.* Gell.

itemque composuit] cf. Gellius l. l. Diomed. p. 428. „*Con praepositio complexa s vel f subiunctas litteras producta pronuntiatur. F ut confero, confido, confestim, confertus. eodem modo s, ut consulo, conscendo, consono, consisto, consul. Et versa vice eadem aliis litteris praeposita corripitur, ut concio, conduco, continuo, convoco, converto, comprehendo, congrego.*" Sergius in Donat. p. 1855. „*Illud vehementissime observare debemus, ut Con et In, quotiescunque habent post se*

suit, consuevit, concrepuit, confecit: consule veritatem, reprehendet: refer ad aures, probabunt. Quaere cur? ita se dicent iuvari. Voluptati autem aurium morige-
160 rari debet oratio. Quin ego ipse, cum scirem ita maiores locutos esse, ut nusquam nisi in vocali aspiratione uterentur, loquebar sic ut *pulcros, Cetegos, triumpos, Cartaginem* dicerem: aliquando idque sero convicio aurium cum extorta mihi veritas esset, usum loquendi populo concessi, scientiam rei mihi reservavi. *Orcinios*

S et F litteram, videamus quemadmodum pronunciantur. Nam cum ipsorum natura brevis sit, tamen si sequantur supra dictae literae, plerumque in longitudinem transit, ut cum dicimus quo sit confessio, consilium, consulit. his enim locis pronunciandae sunt ut longae, similiter insula, infula: quod magis aurium iudicio quam artis ratione colligimus."

consuevit] om. Gell.

confecit] *consuluit* Vet.

consule veritatem] *consule verum tamen reprehendet* Vit. —

reprehendet] *reprehendent* Ald. 2.

probabunt] *probavit* Dr.

quaere] *quare* Vit. Med. Ven. 2. — *quare cur ita sit se dicent iuvari* Tul. — *quare cur ita si dicent* i. Dr. — *quaere cur ita? sed dicent i.* Junt. 2. — *quaere, probe se dicent i.* mg. 1578.

160. *quin ego*] *quid ego* Vet.

ita maiores] cf. Quinct. 1, 5, 19. „*Parcissime ea (aspiratione) veteres usi etiam in vocalibus, cum oedos, ircosque dicebant. Diu deinde servatum, ne consonantibus aspiraretur ut in Graccis et triumpis. Erupit brevi tempore nimius usus, ut choronae, chenturiones, praechones adhuc quibusdam inscriptionibus maneant: qua de re Catulli nobile epigramma est.*"

ut pulcros, Cetegos] *pulchros cetegos triumfos cartaginem* Vit. — *pulchros Caethegos triumphos Carthaginem* Dr. Ven. 1. 2. — add. *et* post *pulcros* Ven. 1. Dr. Med. Tul. Vict. Aldd. Man. L.

Cartaginem] *Kartaginem* Grut. Ern. Or. cf. Schneid. L. G. 1. p. 289. — Priscian. I. 1. IV. p. 18. Kr.: „*Carthago et Caput, sive per c, sive per k scribantur, nullam faciunt nec in sono nec in potestate eiusdem consonantis differentiam.*"

convicio] *convitio* Crat. — convicio aurium i. e. cum aures haec efflagitarent vehementer. De vi voc. *convicii* v. Spald. ad Quinct. T. 1. pag. 5.

extorta mihi] Vit. Dr. — *mihi extorta* Ven. 1. 2. Med. Tul. Aldd. Cr. L.

scientiam rei mihi] Vit. — om. *rei* Ceteri. Ac nescio an Cicero dicat, indulsisse se quidem in elocutione voluntati populi, in scribendo autem priorem esse secutum rationem.

Orcinios] Streb. Cam. Sch. Or. prob. Schneid. L. G. 1. p. 203. — *Orchinios* Ven. 2. — *Oscinios* Vit. — *obschenos* Crat. *obscenós* Dr. — *Orcivios* Ald. 1. Vict. Man. L. Grut. prob. Casaub. ad Suet. Aug. 35. — *O-chivios* Ju. 2. Med. *Oscivios* Ven. 1. — *Horatios* Ald. 2. v. Cic. p. Cluent. 34, 53. Petit. Cons. c. 5.

tamen et *Matones*, *Otones*, *Caepiones*, *sepulcra*, *coronas*, *lacrimas* dicimus, quia per aurium iudicium [semper] licet. *Burrum* semper Ennius, nunquam *Pyrrhum*.

Vi patefecerunt Bruges

non *Phryges* ipsius antiqui declarant libri. nec enim Graecam literam adhibebant, nunc autem etiam duas: et cum *Phrygum* et cum *Phrygibus* dicendum esset, absurdum erat aut tantum barbaris casibus Graecam literam adhibere, aut recto casu solum Graece loqui; tamen et *Phryges* et *Pyrrhum* aurium causa dicimus. Quin etiam, 161
quod iam subrusticum videtur olim autem politius,

Matones, *Otones*] *mathones othones chepiones sepulchra choronas lachrimas* Vit. Crat. Ald. 2. Ven. 2. Tul. — *mathones othones Caepiones sepulchra coronas lachrymas* Med. Ven. 1. — *Marchines*, *Pthones*, *Caepiones*, *sepulchra*, *coronas lacrymas* Ju. 2.

[*semper*] om. Gu. 3. Sch. Or.

Burrum] Lamb. Grut. Or. prob. Spald. ad Quinct. 1, 5, 19. Dawes Misc. Cr. p. 182. ed. Kidd. Schneid. L. G. 1. p. 42. — *Purrum* Ven. 2. Tul. Cr. Vict. Ju. 1. 2. Ald. 1. Man. Ern. — *Purrhum* Dr. Ald. 2. — *Purum* Ven. 1. — *Pirrum* Vit. — *Pyrrum* Med.

nunquam] *nusquam* Aldd. Cr. L. — om. *semper Ennius nunquam Pyrrhum* Dr.

Pyrrhum] Apuleius de Orthograph. p. 132. „*Pyrrhus scribitur cum hya et duplici rr; ultimum quoque aspirat.*"

vi patefecerunt] *in patefecerunt* Ven. 1. — *ut patef.* Bothe Po. Sc. V. p. 72.

Bruges] Vict. V. L. XIV, 3. Lamb. Grut. Ern. Sch. Or. prob. Schneid. l. l. Osann Anal. p. 12. — *Fruges* Vit. Dr. Vict. Ven. 1. Ald. 1. Med. Ju. 1. Man. Gryph. 1. — *Phruges* Ju. 2. Ald. 2. Cr. Ven. 2. Tul.

non Phryges, *ipsius*] *non friges: Phryges ipsius* Ven. 1.

nunc autem etiam duas] int. nunc etiam duas Graecas literas adhibemus in vocab. Phryges nempe *υ* et *φ*. ante enim per *b* expressimus *φ* et per *u* graecum *υ*, nemoque veterum *ph* est usus.

et cum Phrygum] *et quamvis cum Phrygum et Phrygibus* Lamb.

et cum Phrygibus] om. *cum* Gu. 3. Sch. Or.

erat aut tantum] *erat ut eam in barbaris* Vit. — *aut tam* Vet. St. — *aut tam in* Dr. — *aut tamen* Ven. 1. — *ut tamen* Ven. 2. Tul. — *ut tandem* Tul. — *aut tandem in barbaris* mg. Tul. — *aut tantum in* Med.

barbaris casibus] i. e. qui non graeci sunt sed latini. Plaut. Trinum. Prol. 19. *Philemo scripsit. Plautus vortit barbare.* ib. Mil. Gl. II, 2, 59. poetam barbarum appellat Naevium. Festus v. *barbari.*

solum graece loqui] *solum non graece loqui* Brewer.

tamen et Phryges] *nunc tamen* Sch. 2. — *et Phrygum et Pyrrhum* Ven. 1. Med. — *et Phryges et Phrygum* Sch. 2. — *tum et Phryges et Phrygum* Vet. — Locus corruptus.

161. *videtur*] *videbatur* Vet.

eorum verborum, quorum eaedem erant postremae duae literae, quae sunt in *optumus*, postremam literam detrahebant, nisi vocalis insequebatur. Ita non erat ea offensio in versibus, quam nunc fugiunt poëtae novi. Ita enim loquebamur:

Qui est omnibu' princeps
Non, *omnibus princeps*, *et*,
Vita illa dignu', *locoque*
Non, *dignus*.

Quod si indocta consuetudo tam est artifex suavitatis, quid ab ipsa tandem arte et doctrina postulari putamus?
162 Haec dixi brevius quam si hac de re una disputarem,

---

eaedem] *eadem* Vit. Dr. Ven. 1.

optumus] *opturās* Ven. 1. — *optimius* Dr. Pomp. C. A. D. p. 223. „*Antistichon dicitur quando altera littera pro altera ponitur. Hae autem solae eiusmodi sunt, quae pro se poni possunt, u et i littera. Istas litteras inter se possumus dicere. Vis scire hoc verum esse? Ecce optumus et optimus. Numquid dico optomus? Istae ipsae duae litterae inter se possunt commutari, i et u.*“ Quinct. 1,7,21. „*Etiam optimus, maximus, ut mediam i literam, quae veteribus u fuerat, acciperent, C. primum Caesaris inscriptione traditur factum.*“

nisi vocalis] *nisi ubi vocalis* Dr.

erat ea offensio] Vit. Ven. 1. 2. Tul. Aldd. Cr. Vict. Man. Med. L. — om. *ea* Dr. Grut. Ern. Or. — *Id non erat offensioni in versibus* Sch. 2.

loquebamur] *loquebar* Ven. 1. — *loquebantur* Heusing. Sch. improb. Schneid. L. G. 1. p. 347.

omnibu' princeps] *omnibus princeps non omnium ut vita illa dignum* Ven. 1. — *omnibus pr. non omnium pr.* Vit. Med. — *omnibu pr. non omnium pr.* Dr.

et] *ut* Med.

dignu] *dignum* Dr. — M. Victor. de rat. metr. p. 1963. „*Liquentes litterae sunt quatuor l m n r. liquentes vero ideo dicuntur, quod fluant et quasi intereant, tum cum consequuntur aliquam brevem syllabam cum quavis alia consonante. Sunt autem duplicis potentiae. nam longam syllabam positione facere possunt, si ita poeta voluerit et brevem non producere. Sic Ennius — vita illa dignus locoque quasi dixerit vita illa dignu locoque. Sed licentius antiqui et ipsa s quasi pro liquenti utebantur inerudita adhuc novitate, quod posteriores poetae non ferunt.*“ Quinct. IX, 4, 37. „*Ceterum consonantes quoque earumque praecipue, quae sunt asperiores, in commissura verborum rixantur et s ultima cum x proxima, quarum tristior etiam, si binae collidantur, stridor est, ut Ars studiorum. Quae fuit causa et Servio, ut dixi, subtrahendae s litterae, quoties ultima esset, aliaque consonante susciperetur. — Nam neque Lucilium putant uti eadem ultima, cum dicit Serenus fuit et dignus locoque, et Cicero in Oratore plures antiquorum tradit sic locutos.*“

162. *una disputarem*] *una postulata disputarem* Vet. — *una disputata disputarem* Ald. 2.

(est enim hic locus late patens de natura usuque verborum) longius autem quam instituta ratio postulabat.

Sed quia rerum verborumque iudicium prudentiae 49
est, vocum autem et numerorum aures sunt iudices, et quod illa ad intelligentiam referuntur, haec ad voluptatem: in illis ratio invenit, in his sensus artem. Aut enim negligenda nobis fuit voluptas eorum, quibus probari volebamus, aut ars eius conciliandae reperienda. Duae sunt igitur res, quae permulceant aures, 163
sonus et *numerus*. De numero mox, nunc de sono quaerimus. Verba (ut supra diximus) legenda sunt potissimum bene sonantia, sed ea non ut poëtae exquisita ad sonum sed sumta de medio.

Qua Ponto ab Helles —

superat modum. At

Auratus aries Colchorum —

splendidis nominibus illuminatus est versus, sed proximus inquinatus insuavissima litera finitus,

---

Cap. 49. *prudentiae est*] *prudentia est* Vit. — *in prudentia est* Vet.

quod illa] *quod illam* Vit. — *quoniam illa* mg. 1584.

nobis fuit] Ven. 1. 2. Med. Tul. Aldd. ac recentt. — *fuit nobis* Vit. Dr. Vict. L.

voluptas eorum] *vol. aurium quid.* ap. Or.

volebamus] *videbamur* Vet.

reperienda] *repetenda* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul.

163. *aures*] *animos* Vit.

nunc de sono] *de sono nunc* Ven. 1. 2. Med. Tul.

ut poetae] *utpote* Vet.

qua ponto ab Helles] Grut. Ern. Or. secuti Lipsium Epist. Quaestt. V, 5. qui ex Epist. Senec. 81. haec verba restituit. ibi enim sic leguntur:

Impero Argis, regna mihi liquit Pelops
Qua ponto ab Helles atque ab Jonio mari
Urgetur Isthmos. —

quorum primus versus emendate legitur ap. Quinct. IX, 4. 140.

En impero Argis, sceptra mihi liquit Pelops.

Accii verba sunt, ut videtur. — *qua pontus Helles* edd. ante Lips. — *qua pontus Hellis* Ven. 1. Med. — *hellies* mg. Tul.

superat modum] *superat timolum* Vit. Dr. Ven. 1. Med. — *superat tmolum* Ven. 2. Tul.

at auratus aries] *aut tauricos locorum* Vit. a 1. m. — *at tauricos locorum* Dr. Ven. 1. 2. Tul. — *auratos aries* Grut. Ern. Sch.

finitus] *sed proximus in suavissima litera finis* Vit. — *finis* Ven. 1. — *finit* Ven. 2. Tul. — *finitur* Ald. 2. *infinitus* Vict. Cr. Ju. Ald. 1.

Frugifera et ferta arva Asias tenet.

164 Quare bonitate potius nostrorum verborum utamur quam splendore Graecorum, nisi forte sic loqui poenitet

Qua tempestate Paris Helenam

et quae sequuntur. Immo vero ista sequamur asperitatemque fugiamus

Habeo istam ego perterricrepam —

Idemque:

Versutiloquas malitias.

Nec solum componentur verba ratione, sed etiam finientur, quoniam id iudicium esse alterum aurium diximus. Sed finiuntur aut compositione ipsa et quasi sua sponte, aut quodam genere verborum, in quibus

---

Steph. Gryph. 2. — *insignitus* Gulielm. Osann Anal. p. III. *ai* insuavissimam literam putans sic exhibet locum:

Frugiferai et
Fertai arva Asiae tenet.

Equidem aliter sentio. litera enim, quam insuavissimam dicit Cicero, est *a.* ea enim finiuntur pleraque huius versus verba. Locus est integer.

ferta arva Asias] Sic Gryph. 1. 2. —*ferta Asias arva* Ven. 2. Tul. — *ferta arva Asia* Vit. — *ferta asia arva* Ven. 1. Med. — *fertila arva Asiae* L. — *ferta arva Asiae* Grut. Ern. Or. — *Asias* est antiqua genitivi forma.

164. *quare bonitate*] *quarum bonitati* Vit.

qua tempestate] v. de Orat. III, 58.

imo vero ista sequamur] om. Dr.

perterricrepam] *perterricrepam fidem versat* Med.

idemque] *itemque* Ern. Sch. Or.

versutiloquas m.] v. de Orat. III. 38.

componentur] *componantur — finiantur* Gu. 3. — *componantur verbi ratione* Vet.

id iudicium] *ad iudicium* Ven. 1.

esse alterum aurium] *esse aurium alterum* Gu. 3. Ald. 2. Gryph. 1. Sch. 1. Or.

sed finiuntur] *et finiuntur* Vet.

et quasi sua sponte aut] *aut quasi s. sponte et* Sch. 2. Fallitur. cf. §. 219. „*Et quia non numero solum numerosa oratio sed et compositione fit et genere — concinnitatis; compositione potest intelligi, cum ita structa verba sunt, ut numerus non quaesitus, sed ipse secutus esse videatur. — Ordo enim verborum efficit numerum sine ulla aperta oratoris industria. Formae vero quaedam sunt orationis, in quibus ea concinnitas inest, ut sequatur numerus necessario.*“

aut quodam genere verborum] *ut quaedam genera verborum* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul.

ipsis concinnitas inest; quae sive casus habent in exitu similes, sive paribus paria redduntur, sive opponuntur contraria, suapte natura numerosa sunt, etiam si nihil est factum de industria. In huius concinnitatis con- 165
sectatione Gorgiam fuisse principem accepimus, quo de genere illa nostra sunt in Miloniana: „*Est enim, iudices, haec non scripta sed nata lex, quam non didicimus accepimus legimus, verum ex natura ipsa arripuimus hausimus expressimus, ad quam non docti sed facti, non instituti sed imbuti sumus.*" Haec enim talia sunt, ut, quia referuntur ad ea quae debent referri, intelligamus non quaesitum esse numerum sed secutum. Quod fit item in referendis contrariis, ut illa sunt, quibus non modo numerosa oratio sed etiam versus efficitur:

---

redduntur] *reddantur* Vet.
sive opponuntur] Exciuit, puto, vocab. *contrariis*, ita ut leg. sit: *sive contrariis opponuntur contraria.* ut cap. 50. *cum contrariis opponuntur contraria.* c. 52. *contrariis relata contraria.* c. 65, 220. *Aut contrarium contrario opponitur.* — *opponuntur contrariis contraria* mg. 1584.

165. *consectatione*] *consectione* Dr. Med. Ven. 1. — *confectione* Vit. — *consecutione* Ven. 2. Tul. cf. ad §. 38. *Isocrates ea studiose consectatum fatetur.*
Gorgiam] *gorgian* Dr.
est enim, iudices] *est enim videndum* Vit. v. p. Mil. c. 4. *est igitur haec, iudices.*
didicimus, accepimus] *didicimus sed accepimus non legimus verum* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. Vict.
ex natura] *e nat.* Ven. 1. Med. Tul. — om. *ex* Dr. Vit. Ven. 2. cf. Quinct. IX, 3, 83. „*Est igitur, iudices, non scripta sed nata lex — quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus.*"
sed imbuti] *sed creati* Vet.
haec enim talia] *haec enim et talia* Vet. — *haec enim talia sunt et quia* Dr. — *enim et alia* Gu. 3.
ad ea quae] Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. Aldd. Ju. 1. Vict. — *ad ea ad quae* Ju. 2. Grut. Ern. Or.
debent] *debeat* Dr.
intelligamus] *intelligimus* Vict.
quod fit item] *q. fit idem* Tul.
in referendis contrariis] Vit. Ven. 1. 2. Vict. — *in referundis contrariis* Med. Tul. Dr. — *in contrariis referendis* Aldd. ac recentt.
efficitur] *efficiatur* Vit.

Eam, quam nihil accusas, damnas.

Condemnas diceret, qui versum effugere vellet.

Bene quam meritam esse autumas, dicis male mereri.
Id quod scis prodest nihil: id quod nescis obest.

Versum efficit ipsa relatio contrariorum. Id esset in oratione numerosum, *quod scis nihil prodest: quod*
50 *nescis multum obest.* Semper haec, quae Graeci *ἀντίθετα* nominant, contrariis cum opponuntur contraria, numerum oratorium necessitate ipsa efficiunt, et eum
167 sine industria. Hoc genere antiqui iam ante Isocratem delectabantur et maxime Gorgias, cuius in oratione plerumque efficit numerum ipsa concinnitas. Nos etiam in hoc genere frequentes; ut illa sunt in quarto Accusationis: „*Conferte hanc pacem cum illo bello, huius praetoris adventum cum illius imperatoris victoria, huius cohortem impuram cum illius exercitu invicto, huius libidines cum illius continentia, ab illo qui cepit conditas, ab hoc qui constitutas accepit captas dicetis Syracusas.*"

---

quam nihil] v. eadem verba Topic. c. 13. — *quam mihi L.*
damnas] *damna* Ven. 2. Tul.
condemnas] *condemnat* Ven. 1. Cr. L.
diceret - vellet] *dixisset - voluisset* Ven. 1. Med. Aldd. Ju. Cr. L. Gryph. 1. — *voluissem* Vet.
esse autumas, dicis] om. *esse* Sch. 2. — *esse autumas pro autimas, dicis* Dr. Ven. 1. — *esse autimas pro autumas: dicis* Ven. 2. Tul. Versus hic duas habet partes. terminatur vero prior sensu flagitante post voc. *autumas*.
mereri] *merere* Vit. Dr. Ven. 1.
id quod scis] om. *id* Sch. — *id quod scis prodest, nihil id quod nescis obest.* — — *quod scis nihil prodest: quod scis multum obest.* Gryph. 1. — *id quod scis prodest nihil: multum id quod nescis obest* L. in not. En veram tuetur lectionem Mon. *Id quod scis prodest nihil: id quod nescis obest multum.*
relatio] *ratio* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. cf. §. 175. *contrariis relata contraria.*
Cap. 50. *id esset*] *id est* Med. — *idem esset* Vet.
ἀντίθετα] *antitheta* Ven. 2.
contrariis cum opp.] Sic recepi e Dr. — *cum contrariis* Ceteri.
et eum] *etiam* Gu. 3. Ven. 1. Med. Steph. L. Sch. Or.
167. *Isocratem*] *Isocraten* Dr.
efficit numerum] om. *numerum* Vit.
frequentes] add. *fuimus* Steph. L.
in quarto] Act. II. 4, 52.
cum illo bello] *cum illius bello* Ven. 2. Tul.
qui cepit] *qui capit.* Vet.

Ergo et hi numeri sint cogniti, et genus illud ter- 168
tium explicetur quale sit, numerosae et aptae orationis.
Quod qui non sentiunt, quas aures habeant aut quid
in his hominis simile sit, nescio. Meae quidem et per-
fecto completoque verborum ambitu gaudent, et curta
sentiunt, nec amant redundantia. Quid dico meas?
conciones saepe exclamare vidi, cum apte verba ceci-
dissent. Id enim expectant aures, ut verbis colligentur
sententiae. Non erat hoc apud antiquos. Et quidem
nihil aliud fere non erat: nam et verba eligebant et
sententias graves et suaves reperiebant, sed eas aut vin-
ciebant aut explebant parum. Hoc me ipsum delectat, 169
inquiunt. Quid? si antiquissima illa pictura paucorum
colorum magis quam haec iam perfecta delectet, illa
nobis sit credo repetenda, haec scilicet repudianda.
Nominibus veterum gloriantur. Habet autem ut in
aetatibus auctoritatem senectus sic in exemplis antiqui-
tas: quae quidem apud me ipsum valet plurimum. Nec
ego id quod deest antiquitati flagito potius quam laudo
quod est: praesertim cum ea maiora iudicem quae sunt

---

sint cogniti et genus] Vit. — *sunt cogniti etiam a Latinis et genus* Dr. — *sint cogniti etiam a Latinis. Genus* Cr. Ven. 1. 2. — *sunt cogniti etiam a Latinis. Genus.* Med. Tul. Aldd. Ju. Gryph. 1. Camer. L. — *sunt cogniti. Genus.* Sch. Or.

168. *quale sit*] *sint* Vet.

orationis] *orationes* Vet.

hominis simile] *hominibus simile* Ven. 2. Tul. Vet.

nec amant] *et amant* Vit.

quid dico] *quod dico* Ven. 2.

conciones] *contiones* Tul. — *contentiones* Vet.

exclamare vidi cum] *saepe ex clamore iudicum apte si verba* Ven. 1. — *ex clamore vidi cum apte saepe verba* Ven. 2. Tul.

cecidissent] *concidissent* Ven. 1. 2. Tul. Med.

id enim] *etenim* Gell. N. A. XVIII, 7.

colligentur sententiae] *colligentur et sententiae* Ven. 1. Med. — *colligetur sententia* Gell. l. l. prob. Gryph. 1. 2. L. Aldd. Ju. Cr.

nihil aliud] om. *nihil* Vet.

aut vinciebant aut e. parum.] *aut vinc. aut explebant: parum hoc* Dr. Ven. 1. Med. Tul. — *aut vinciebant, haud explebant. parum* Crat. — *haud vinc. haud explebant: parum* Ald. 1. Ju. Vict. Man. — *aut non vinciebant aut non explebant. Parum hoc.* Ald. 2. — *haud vinciebant, aut explebant parum* Vet.

169. *illa nobis sit*] *sint* Vit. Méd. Ven. 2. Tul. — *sunt* Dr.

deest] *est* Vet.

praesertim] *praesentius* Ven. 1.

quam illa quae desunt. Plus est enim in verbis et in
sententiis boni, quibus illi excellunt, quam in conclu-
51 sione sententiarum, quam non habent. Post inventa
conclusio est, qua credo usuros veteres illos fuisse, si
iam nota atque usurpata res esset: qua inventa omnes
170 usos magnos oratores videmus. Sed habet nomen in-
vidiam, cum in oratione iudiciali et forensi numerus
[Latine,] (Graece ῥυθμός) inesse dicitur. Nimis enim
insidiarum ad capiendas aures adhiberi videtur, si etiam
in dicendo numeri ab oratore quaeruntur. Hoc freti
isti et ipsi infracta et amputata loquuntur et eos vitu-
perant, qui apta et finita pronuntiant. Si inanibus
verbis levibusque sententiis, iure: sin probae res, lecta
verba, quid est cur claudere aut insistere orationem
malint quam cum sententia pariter excurrere? Hic enim
invidiosus numerus nihil affert aliud, nisi ut sit apte
verbis comprehensa sententia: quod fit etiam ab anti-

---

ea maiora] om. *ea* Vet.
sententiis boni] *sententiis bonis* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul.
excellunt] *excellebant* Ven. 1.
in conclusione] *in conclusione est qua credo* Dr.
Cap. 51. *post inventa*] *post autem inventa* Ven. 2. Tul.
170. [*latine*] delendum puto ut iam monuere Ern. Sch. Or. cf. §. 67. — „*quicquid est enim, quod sub aurium mensuram aliquam cadit, etiam si abest a versu, numerus vocatur, qui Graece ῥυθμὸς dicitur.*“
nimis enim] *nimium enim* ap. L.
videtur] *videntur* Vet.
numeri] om. Vit.
et amputata] *atque amp.* mg. 1584.
qui apta] *qui ea apta* Vet.
levibusque] *lenibusque* Vet.
iure. sin probae] *sententiis iunctae sint probae* Vit. Ven. 1. 2. Med. Tul. — *iure. sint probae* Dr. — *pronunciant, sin inanibus verbis levibusque sententiis, ii, re. sin probae res, lecta verba, quid* etc. Ju. 2.
cur claudere] om. *cur* Dr. — *claudicare* Aldd. Ju. Cr. Vict. Man. L. cf. Prisc. p. 889. *claudeo*, *claudo* pro *claudico*. Gronov. ad Gell. 1, 7. Front. Epist. p. 122. ed. Nieb. — *fateor enim, quod res est, unam solam posse causam incidere, qua causa claudat aliquantum amor erga te meus, si eloquentiam negligas.* — *cur claudicere et insistere* Vet.
insistere] v. Ern. Lex. Rhet. L. s. h. v.
nihil affert aliud] om. *nihil* Dr. — *nihil affert aliquid* Man.
ut sit] om. *sit* Med.

quis sed plerumque casu, saepe natura; et quae valde laudantur apud illos, ea fere, quia sunt conclusa, laudantur. Et apud Graecos quidem iam anni prope 171
quadringenti sunt, cum hoc probatur; nos nuper agnovimus. Ergo Ennio licuit vetera contemnenti dicere:

Versibu', quos olim Fauni vatesque canebant;

mihi de antiquis eodem modo non licebit, praesertim cum dicturus non sim, *Ante hunc* . . . . ut ille, nec quae sequuntur, *Nos ausi reserare* . . . . Legi enim audivique nonnullos, quorum propemodum absolute concluderetur oratio. Quod qui non possunt, non est eis satis non contemni, laudari etiam volunt. Ego autem illos ipsos laudo idque merito, quorum se isti imitatores esse dicunt, etsi in eis aliquid desidero; hos vero minime, qui nihil illorum nisi vitium sequuntur, cum a bonis absint longissime.

Quod si aures tam inhumanas tamque agrestes ha- 172
bent, ne doctissimorum quidem virorum eos movebit auctoritas? Omitto Isocratem discipulosque eius Ephorum et Naucratem, quanquam orationis faciendae et ornandae auctores locupletissimi summi ipsi oratores

---

saepe natura] *saepe etiam nat.* Steph. L. — *sepe narata* Vit.
laudantur apud - laudantur] om. *apud - - laudantur* Dr.
apud illos] *apud eos* Ven. 1. Med.
171. *anni prope*] *anni quadringenti sunt prope* Rufin. d. metr. com. p. 2717.
hoc probatur] *hec probantur* Vit.
contemnenti] *contemnendi* Ven. 1. 2. Tul.
versibu'] *versibus* Ven. 1. 2. Med. — v. Brut. c. 18. Varr. L. L. VII. p. 322. *Versibus quos olim Fauni et vatesque canebant.* Quinct. IX, 4, 115. *illud — Fauni vatesque canebant.*
in eis] *in his* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. Aldd. Cr. Vict.
172. *movebit*] *moverit authoritas* Vet.
Naucratem] *Naucraten* Dr. v. de Orat. II, 23.
summi ipsi oratores esse debent.] Sic scripsi. mendose enim legitur *debeant* Vit. Dr. Ven. 2. Tul. Aldd. Ju. Cr. Lamb. Man. et Rufinus. Par est mea emendatio illi *debebant*, quam e Gu. 3. Ven. 1. Med. receperunt Sch. Or. prob. Beier ad Cicer. Off. T. 2. p. 189. Ceterum *summique ipsi oratores* legitur Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. L. — om. *que* post *summi* Vet. Aldd. Ju. Cr. Man. Ern. Sch. Or. Sensus patet: hi ipsi summi oratores pro optimis harum rerum auctoribus haberi debent.

esse debent. Sed quis omnium doctior, quis acutior, quis in rebus vel inveniendis vel iudicandis acrior Aristotele fuit? quis porro Isocrati est adversatus infensius? Is igitur versum in oratione vetat esse, numerum iubet. Cuius auditor Theodectes in primis (ut Aristoteles saepe significat) politus scriptor atque artifex hoc idem et sentit et praecipit. Theophrastus vero iisdem de rebus etiam accuratius. Quis ergo istos ferat, qui hos auctores non probent? nisi omnino haec esse ab
173 his praecepta nesciunt. Quod si ita est, (nec vero aliter existimo) quia ipsi suis sensibus non moventur, nihilne eis videtur inane? nihil inconditum, nihil curtum, nihil claudicans, nihil redundans? In versu qui-

---

quis omnium] *quis hominum* Ruf.

quis acutior] *quis in rebus vel inveniendis acutior vel iudicandis acrior A. fuit?* Heusing. Sch. — *vel inveniendis vel iudicandis vel indicandis acrior* Ven. 1. — *vel in inveniendis* Dr.

Isocrati est adversatus infensius] Vit. Dr. Ven. 2. Tul. Aldd. Ju. Cr. L. Man. Or. — *Isocrati etiam adversarius infensior* Ven. 1. Med. — *est adversatus impensius* Pal. 1. 2. Grut. Sch. — *Isocrati adversus infensius* Rufin.

is igitur] v. Arist. Rhet. III, 7.

Cuius auditor] Dr. — *eius auditor* Ceteri.

Theodectes] v. c. 57. 64. Spald. ad Quinct. II, 15, 10. p. 347. — *theodotes* Vit. Ven. 1. 2. Tul.

et sentit] om. *et* Ruf.

iisdem de rebus] *et iisdem de r.* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul.

omnino haec esse] *omnino non esse* Vet.

ab his] *ab iis* Ruf. ap. Pith.

nesciunt] Vit. Dr. Aldd. Ju. Cr. Man. L. Grut. Or. — *nesciant* Ven. 1. 2. Med. Tul. Ern. Sch. ac Rufin. — *nesciatur* Vet.

173. *quia ipsi*] Vit. Dr. Ven. 1. 2. Tul. Vict. Grut. — *quod si ita est (ne vero aliter existimo) quod ipsi suis s. non moventur, nihil nec eis inane videtur.* Ald. 1. — *quod si ita est (nec vero aliter existimo, quod ipsi s. s. non moventur) nihilne* etc. Ald. 2. — *quod ipsi s. s. n. moventur, nihil eis inane videtur* Vet. — *quia ipsi s. s. non moventur, nihilne eis* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Tul. Vict. Grut. — *quid? ipsi suis s. non moventur? nihilne eis i. videtur?* Gryph. 1. L. Man. Ern. Sch. Or. Sed vulgata lectio multo maiorem habet vim. Putantne ergo illi, esse omnino nihil claudicans in oratione, eo quod ipsi ad sentiendum id nimis sunt hebetes? Isti nimis sunt rudes ad sentiendum id quod claudicat in oratione, ideoque putant, esse omnino nihil in ea inane et curtum.

moventur] *moveantur* Gu. 3. Ven. 1. Sch. 2.

videtur inane] Dr. — *inane videtur* Ceteri — *videatur* Sch. 2.

curtum] *curatum* Vit. a l. m. — *incultum* Vet.

dem theatra tota exclamant, si fuit una syllaba aut brevior aut longior. Nec vero multitudo pedes novit, nec ullos numeros tenet, nec illud quod offendit aut cur aut in quo offendat, intelligit: et tamen omnium longitudinum et brevitatum in sonis sicut acutarum graviumque vocum iudicium ipsa natura in auribus nostris collocavit.

Visne igitur, Brute, totum hunc locum accuratius 52
etiam explicemus quam illi ipsi, qui et haec et illa nobis 174
tradiderunt? An his contenti esse, quae ab illis dicta sunt, possumus? Sed quid quaero velisne, cum literis tuis eruditissime scriptis te id vel maxime velle perspexerim? Primum igitur origo, deinde causa, post natura, tum ad extremum usus ipse explicetur orationis aptae atque numerosae.

Nam qui Isocratem maxime mirantur, hoc in eius

---

exclamant] *reclamant* L. Schir. Sch. Sed cf. sup. §. 135. *exclamatio vel admirationis vel conquestionis.* ad Her. IV. 15. *exclamatio est, quae conficit significationem doloris aut indignationis.*

fuit] *fuerit* Ven. 1. Med. — *fit* Gryph. 1. cf. Cic. Parodox. III, 2, 26. „*Histrio si paulum se movit extra numerum aut si versus pronunciatus est syllaba una brevior aut longior, exibilatur et exploditur.*" de Orat. III. §. 196. — „*quotus enim quisque est qui teneat artem numerorum et modorum? At in his paulum modo offensum est, ut aut contractione brevius fieret aut productione longius, theatra tota reclamant.*"

aut brevior aut] Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. Cr. Vict. Man. L. Aldd. Grut. Sch. Or. — om. prius *aut* nemo praeter Ernestium. — *aut longior aut brevior* Gu. 3.

in quo offendat] *offendit* Ven. 1. 2. Med. Tul. — *nec illud cur offendit, aut curat ut in quo offendit intelligat* Vet.

longitudinum] *longitudinem et brevitatem* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul.

Cap. 52. 174. *et haec et illa*] Vit. Dr. Ven. 2. Med. Tul. — *et haec et alia* Ceteri. — om. prius *et* Gu. 3. Sch. 1. Intelligo et haec de quibus nunc dicturus sum et illa priora de quibus supra disserui.

quid quaero] *sed quid vellis cum* Dr.

eruditissime] *eruditissimis* Vit.

perspexerim] *prospexerim* Vit.

primum igitur origo] Vit. — *primum ergo origo* (ingrato sono) Ceteri.

atque numerosae] *atque enumerose* Ven. 1. 2.

mirantur] *admirantur* Vit.

hoc in eius s. l. ferunt.] *hoc in eius summis laudibus maxime ferunt.* Ven. 1. Med. — *in hoc eum summis laudibus ferunt* Steph. L. —

summmis laudibus ferunt, quod verbis solutis numeros primus adiunxerit. Cum enim videret oratores cum severitate audiri, poëtas autem cum voluptate, tum dicitur numeros secutus, quibus etiam in oratione uteremur, cum iucunditatis causa tum ut varietas occur-
175 reret satietati. Quod ab his vere quadam ex parte non totum dicitur. Nam neminem in eo genere scientius versatum Isocrate confitendum est, sed princeps inveniendi fuit Thrasymachus, cuius omnia nimis etiam extant scripta numerose. Nam (ut paulo ante dixi) paria paribus adiuncta et similiter definita itemque contrariis relata contraria, quae sua sponte, etiam si id non agas, cadunt plerumque numerose, Gorgias primus invenit, sed his est usus intemperatius. Id autem est genus (ut ante dictum est) ex tribus partibus colloca-

---

hoc in eius orationibus summis laudibus ferunt Lamb. in notis. Intelligo *ferunt* tradunt, putant, enumerant, dicunt.

videret] *viderit* Vit.

uteremur] *uterentur* Vet. — *uteretur* Gu. 3. Steph. L. ac Rufin. I. p. 2720. Quae si lectio *uteretur* vera esset, Cicero scripsisset: *quibus in oratione uteretur* non *quibus etiam in oratione uteretur.* tum enim part. *etiam* non haberet ad quod referretur. Sensus est: numeros invenire studebat, qui non solum in poesi sed in oratione etiam possent adhiberi. Isocrates vero non de se ipso sic dicere poterat. poesin enim nunquam attigerat.

cum iucunditatis] *tum* Vit. Rufin. ap. Pith. p. 317. Sch. — *iocunditatis* Vit.

175. *quadam ex parte*] *quidem ex parte* Rufin.

in eo genere sci.] *scientius in eo genere* L. — *nam in eo genere scientius versatum Isocratem* Ruf.

inveniendi] *inveniendo* Vit.

nimis etiam] om. *etiam* Ruf. — *nimis extant etiam* Dr.

numerose] *numerosa* Dr. Ven. 1.

nam, ut] *non ut* Vit.

definita] *finita* Ald. 2. cf. §. 65. — *similiter extrema difiniunt.*

itemque contrariis] *item contrariis prolata contraria quaeque sua sponte, si id non agas, cadunt plerumque. Numeros Gorgias primus invenit.* Ruf. ap. Putsch. — *cadunt plerumque numerose Gorgias invenit sed his* etc. Ruf. ap. Pith.

sed his est usus] *sed iis est* Dr. — *id iis est* Med. — *id is est* Ven. 1. 2. Tul. — *is est* Vit. et Ruf.

intemperatius] Vit. *intemperantius* Ceteri.

id autem] *idem autem* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul.

ex tribus partibus collocationis] Collocatio enim orationis primum postulat, ut componantur verba ratione (§. 164), deinde ut finiantur apte (ibid.), postremo ut numerosa fiat oratio. (§. 168.)

tionis alterum. Horum uterque Isocratem aetate prae- 176
currit, ut eos ille moderatione non inventione vicerit. Est enim ut in transferendis faciendisque verbis tranquillior sic in ipsis numeris sedatior. Gorgias autem avidior est generis eius, et his festivitatibus (sic enim ipse censet) insolentius abutitur: quas Isocrates, (cum tamen audisset in Thessalia adolescens senem iam Gorgiam) moderatius temperavit. Quin etiam se ipse tantum, quantum aetate procedebat, (prope enim centum confecit annos) relaxarat a nimia necessitate numerorum; quod declarat in eo libro, quem ad Philippum Macedonem scripsit, cum iam admodum esset senex: in quo dicit sese minus iam servire numeris quam solitus esset. Ita non modo superiores, sed etiam se ipse correxerat.

Quoniam igitur habemus aptae orationis eos prin- 53
cipes auctoresque quos diximus, et origo inventa est: 177
causa quaeratur. Quae sic aperta est, ut mirer veteres non esse commotos, praesertim cum, ut fit, for-

---

176. *horum uterque*] *eorum* Ruf.
praecurrit] *percurrit* Dr.
ut eos ille] om. *eos* Vit. — *ille eos* Ruf. — *eos illos* Tul.
in transferendis faciendisque verbis] om. *faciendisque verbis* Vit. Ven. 1. 2. Med. Tul.
avidior] *auditor* Ven. 2.
generis eius] *eius generis* Ven. 1. 2. Med. Tul.
et his] *et iis* Ruf.
audisset] Vit. — *audivisset* Ceteri. — *audisset adolescens etiam in Thessalia senem iam G.* Ruf. — *tum cum audivisset* Vet.
moderatius temperavit] *moderatius etiam temp.* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Tul.
se ipse] *se ipsum* Sch.
quantum] om. Vet.
procedebat] *praecedebat* Med. Ven. 2. Tul.
a nimia] *anima* Vit.
in quo dicit] v. Ἰσοκρατ. Φίλιππ. p. 96. Bekk. Victor. V. L. II, 17.
minus iam] *iam minus* Aldd. Cr. Man.
servire] om. Dr.
sed etiam se ipse] om. *etiam* Ven. 2. — *se ipsum* Sch. 2.
correxerat] *correxit* Aldd. Ju. Gryph. 1. 2.
Cap. 53. 177. *quo diximus*] Ju. Gryph. 1. 2. L. Steph. Ald. 1. Med. Ern. Or. — *dicimus* Ceteri.
et origo] om. *et* Gu. 3. Sch. 1.
cum ut fit] *cum id fit* Dr.

tuito saepe aliquid concluse apteque dicerent. quod cum animos hominum auresque pepulisset, ut intelligi posset, id quod casus effudisset cecidisse iucunde: notandum certe genus, atque ipsi sibi imitandi fuerunt. Aures enim vel animus aurium nuntio naturalem in se continet vocum omnium mensionem. Itaque et longiora et breviora iudicat, et perfecta ac moderata
178 semper expectat; mutila sentit quaedam et quasi decurtata, quibus, tanquam debito fraudetur, offenditur, productiora alia et quasi immoderatius excurrentia, quae magis etiam aspernantur aures: quod cum in plerisque tum in hoc genere nimium quod est, offendit vehementius quam id quod videtur parum. Ut igitur poëtica et versus inventus est terminatione aurium, observatione prudentium, sic in oratione animadversum est multo illud quidem serius, sed eadem natura admonente, esse quosdam certos cursus conclusionesque verborum.

Quoniam igitur causam quoque ostendimus, naturam nunc, (id enim erat tertium) si placet, explice-

---

aliquid] *aliud* mg. Tul.
apteque] *aperteque* Dr. Vet. Ven. 2.
pepulisset] *aurisque perpulisset* Med. Dr. Vulgatam defendit lectionem Drakenb. ad Liv. III, 30.
id quod casus] *si id casus* Vet. — *id quod casus usus effudisse cedisset* Ven. 1.
cecidisse] *accidisse iocunde* Ven. 2. Tul.
vel animus] *ipse enim vel animus* Gu. 3. Vet.
nuntio] *numptio* Vit.
mensionem] v. Nonium h. v. Spald. ad Quinct. II, 15. p. 353. — *motionem* Vet.
iudicat] *indicat* Ven. 1.
moderata] i. e. certis modis temperata ut in musicis, modulata.
178. *mutila sentit*] *inutilia sentit* Vit. Dr. Ven. 1. 2. — *multa sentit* Vet.
fraudetur] *fundetur* Vet.
alia] *aliqua* Vet
nimium quod est] sup. c. 22. *magis offendit nimium quam parum.*
poetica et versus] *poetae versus* Gu. 3. Vet. — *in poetica versus* Sch.
prudentium] *prudentum* Gu. 3.
animadversum est] om. *est* Vit.
multo illud quidem] *multo quidem illud* Aldd. Cr. L.
esse quosdam] *quosdam esse* Ven. 1. 2. Med. Tul.

mus: quae disputatio non huius instituti sermonis est sed artis intimae. Quaeri enim potest, qui sit orationis 179
numerus, et ubi sit positus et natus ex quo, et is unusne sit an duo an plures quaque ratione componatur, et ad quam rem et quando et quo loco et quemadmodum adhibitus aliquid voluptatis afferat. Sed 180
ut in plerisque rebus sic in hac duplex est considerandi via, quarum altera est longior, brevior altera eadem etiam planior. Est autem longioris prima illa 54
quaestio, sitne omnino ulla numerosa oratio. Quibusdam enim non videtur, quia nihil insit in ea certi ut in versibus, et quod ipsi, qui affirment esse numeros, rationem cur sint, non queant reddere. Deinde, si sit numerus in oratione, qualis sit aut quales, et e poëticisne numeris an ex alio genere quodam, et, si e poëticis, quis eorum sit aut qui. Namque aliis unus modo, aliis plures, aliis omnes iidem videntur. Deinde, quicumque sunt sive unus sive plures, communesne

---

179. *qui sit*] *ecqui sit* Sch.
positus et natus] *natus et positus e quo* Ven. 1. 2. Tul. — *et natus e quo* Med. — *et ex quo natus* mg. 1578.
componatur] *componantur* Dr.
et quando] *et quomodo* Steph. L.
ut in plerisque] *ut est in plerisque* Dr. Ven. 1. Med.

180. *duplex est*] om. *est* Dr.
eadem etiam] *et eadem* Dr. Aldd. Cr. — *ut eadem* Vet.
ipsi qui affirment esse numeros] Delevi vocab. *eos* tum sensu flagitante tum ex auctoritate Ven. 2. *affirment etiam esse numeros*, idemque fecisse video Schützium. — *ipsi qui affirment esse eos numeros* Vit. Dr. Vict. Gu. 3. — *ipsi qui affirment esse eis numeros* Ven. 1. Med. — *affirment etiam esse eis numeros*. — *illi qui affirmant eos esse numeros* Ald. 1. Ju. L. Steph. Crat. — *illi qui affirmant etiam esse numeros in oratione*, *rationem* Ald. 2. — *ipsi qui affirmant eos esse numeros* Grut. — *ipsi illi qui affirment eos esse numeros* Or. suspic. — *quod illi qui* Vet. om. *et* ante *quod*.
et e poeticisne] om. *e* Vit. — om. *et ex poeticisne* Aldd. Cr. Ju. — *et ex poet.* L. — *et e poeticis quis eorum sit aut qui* Ven. 1.
unus modo] *uno modo* Vit.
iidem] *idem* Tul.
quicumque sunt] *quotcunque sunt* L. suspic. — *sint* Ern. V. Heusing. praef. ad Cic. Off. p. LV. Sup. c. 37. *quae qualiacumque in me sunt*.

sint omni generi orationis; quoniam aliud genus est narrandi, aliud persuadendi, aliud docendi: an dispares numeri cuique orationis generi accommodentur. Si communes, qui sint: si dispares, quid intersit, et cur non aeque in oratione atque in versu numerus appareat.
181 Deinde, quod dicitur in oratione numerosum, id utrum numero solum efficiatur, an etiam vel compositione quadam vel genere verborum: anne sit suum cuiusque, ut numerus intervallis, compositio vocibus, genus ipsum verborum quasi quaedam forma et lumen orationis appareat, sitque omnium fons compositio, ex eaque et numerus efficiatur et ea quae dicuntur orationis quasi formae et lumina, quae (ut dixi) Graeci vo-

---

omni generi orationis] *omni genere orationis* Vit. — *omni generis orationi* Gu. 3. — *omnis generis orationi* Aldd. Cr. L. Heusing. cf. §. 196. — „*nunc dicendum est atque etiam quibus orationis generibus sint quique (numeri) accommodatissimi.*"
si communes] *si omnes* Vit. Dr. Aldd. Ven. 1. 2. Med.
atque in versu] *atque inversum* Ven. 1. — *atque versum* Ven. 2.

181. *quod dicitur*] *quid* Vit.
efficiatur] *conficiatur* Vit.
anne sit] Multum haeserunt in h. l. editores. cum in codd. constanter legatur *an est*. Coniectura autem quam proprosui, nihil prope differt scriptura a vulgata lect.; *sit* enim in codd. per *st'* fere scribitur. Ac necesse est ut *anne sit* scribas, ut indicetur, hoc membrum oppositum esse toti priori membro, quod per *utrum* inducitur, nec esse huius partem aliquam ut proximum quod praecedit *an*. Cum vero leges *an sit*, ut L. Ern. Sch. Or. fecerunt, neque membra satis dilucide discernuntur, neque intelligitur quo modo *an sit* in *an est* abire potuerit. — Quaerit Cicero, nonne singulae collocationis partes aliquid tribuant, ut efficiatur id, quod in oratione numerosum putetur?
intervallis] *in interv.* L.
vocibus] *in vocibus* L.
genus ipsum verborum] *genus ipsum v. in quadam quasi forma et lumine orat. app.* L. — *genus ipsum verborum quadam quasi forma et lumen orationis app.* Schir. — *genere ipso verborum quasi quaedam forma et lumen o. a.* Sch.
et lumen] *ut lumen* Vet. — Or. suspect.
sitque] *sitne* Sch. 1.
fons compositio] Nam in apta verborum compositione et intervalla apparent et concinnae voces et figurae quasi orationis.
quae dicuntur] om. *dicuntur* Ven.

cant σχήματα. At non est unum nec idem, quod voce 182
iucundum est, quod moderatione absolutum, et quod illuminatum genere verborum, quanquam id quidem finitimum est numero, quia per se plerumque perfectum est: compositio autem ab utroque differt, quae tota servit gravitati vocum aut suavitati. Haec igitur fere sunt, in quibus rei natura quaerenda sit.

Esse ergo in oratione numerum quendam, non est 55
difficile cognoscere. Judicat enim sensus: in quo iniquum 183
est, quod accidit, non agnoscere, si, cur id accidat, reperire nequeamus. Neque enim ipse versus ratione est cognitus, sed natura atque sensu, quem dimensa ratio docuit, quid acciderit. Ita notatio naturae et animadversio peperit artem. Sed in versibus res est apertior, quanquam etiam a modis quibusdam cantu remoto soluta esse videatur oratio, maximeque id in optimo quoque eorum poetarum, qui λυρικοὶ a Graecis nominantur, quos cum cantu spoliaveris, nuda paene remanet
oratio. Quorum similia sunt quaedam etiam apud no- 184
stros, velut ille in Thyeste:

σχήματα] *schemata* Ven. 2.

182. *at non est*] *an non est* Ald. 1. Ju. Vet. Gryph. 1. — om. *est* Vit.

nec idem] *nec id idem* Ven. 1.

quod moderatione] Sic om. *et* ante *quod* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. add. Ceteri *et*. — *moderatione absolutum* intelligo, quod intervallis, modis absolutum atque perfectum est.

et quod illuminatum] *at quod* Vet.

gravitati vocum] om. *vocum* Vet.

Cap. 55. 183. *esse ergo*] *igitur* Ven. 1. 2. Med. Tul. Aldd. Cr. L.

iudicat] *indicat* Sch. 2. Intelligo: ita enim iudicant aures.

non agnoscere] Vit. Dr. Gu. 3. Ven. 1. Med. Tul. Aldd. Vict. Cr. Man. Ju. L. Or. — *cognoscere* Ven. 2. ed. 1584. Grut. Ern.

cur id accidat] *accidit* Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul.

neque enim ipse versus] *neque versus* Vet. — om. *ipse* Dr.

cantu remoto] *remota* Dr. Ven. 2. — *in modis quibusdam, cantu remoto, soluta* Ern. suspic.

λυρικοὶ] *lyrici* Med. Gryph. 2. cf. Quinct. IX, 4, 53.

nominantur] *nominatur* Med. — post *nominantur* Lambinus inserit *appareat*.

quos cum] *eos cum* Vet. Gu. 3.

184. *nuda*] *ruda* Vet.

apud nostros] *illos* Vet.

velut ille] Vit. Dr. Ven. 1. Med. Tul. Ald. 1. Ju. Cr. Vict. Man. — *velut illa* Ald. 2. L. Steph. Ern. Grut. Sch. Or. — *velut in Thyeste* Ven. 2. Gryph. 1.

Quemnam te esse dicam, qui tarda in senectute —

et quae sequuntur, quae, nisi cum tibicen accessit, orationi sunt solutae simillima. Ac comicorum senarii propter similitudinem sermonis sic saepe sunt abiecti, ut nonnunquam vix in eis numerus et versus intelligi possit. quo est ad inveniendum difficilior in oratione
185 numerus quam in versibus. Omnino duo sunt, quae condiant orationem, verborum numerorumque iucunditas. In verbis inest quasi materia quaedam, in numero autem expolitio. Sed ut ceteris in rebus necessitatis inventa antiquiora sunt quam voluptatis, ita in hac re accidit, ut multis saeculis ante oratio nuda ac rudis ad solos animorum sensus exprimendos fuerit reperta, quam ratio numerorum causa delectationis au-

---

quemnam te] om. *te* Ju. 2.
qui] *quin* Dr. Palat. 1. Ven. 2. Tul. — *quid* ed. 1584.
senectute et] *senectute quae secuntur.* Dr. — *senecta* Bothe Po. Scen. V. p. 66.
orationi sunt] *orationis sunt* Vit. Dr. Gu. 3. Apud aures est utriusque scripturae electio. cf. c. 9. *Xenophontis similem.* c. 50. *hominis simile*, c. 57. *orationi simillimus.* c. 59. *similia scriptorum.* c. 68. *aut orationis aut poematis simile.* c. 69. *eorum - simile* ib. *Siculorum simillimum.* c. 71. *simillimum veri.*
simillima] *similia* Vet.
ac comicorum] Aut sic legendum est e Gu. 3. Sch. aut *et* pro vulgato *at*. *ac* ante *c* ubique occurrit in Cicerone. Cohaerent vero sic sententiae. In versibus quidem numerorum ratio facillime agnoscitur, quanquam lyricorum oratio et comicorum senarii orationi sunt solutae simillimi. cf. sup. c. 20, 67. „*Platonis et Democriti locutionem, etsi absit a versu, tamen - potius poema putandum quam comicorum poetarum: apud quos nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis.*"
in eis] Sch. 2. — *vix in eis numerus et versus possit intelligi* Gu. 3. — *in his* Ceteri.
185. *sunt quae condiant*] *condiunt* Med. Tul. — *condunt* Ven. 1. — *condit* Ven. 2. cf. §. 128. 215. *Sed sunt clausulae plures, quae numerose et jucunde cadant.*
in numero autem] om. *autem* Ven. 2.
sed ut] *sed in ceteris in rebus* Dr.
antiquiora sunt quam v.] om. *sunt* Ven. 2. — *quam voluptatis itaque et Herodotus* Vit. Dr. Ven. 1.
ita in hac re] Med. Ven. 2. Tul. om. part. *et*. — *ita et in hac re* Ceteri. cf. §. 180. *sed ut in plerisque rebus sic in hac duplex est considerandi via.* — de Or. III. §. 178. *Sed ut in plerisque rebus incredibiliter hoc natura est ipsa fabricata, sic in oratione.* Orat. §. 178. *quod cum in plerisque tum in hoc genere nimium quod est offendit vehementius quam id quod videtur parum.*

rium excogitata. Itaque et Herodotus et eadem supe- 186
riorque aetas numero caruit nisi quando temere ac fortuito, et scriptores perveteres de numero nihil omnino, de oratione praecepta nobis multa reliquerunt. Nam quod et facilius est et magis necessarium, id semper
ante cognoscitur. Itaque translata aut facta aut iuncta 56
verba facile sunt cognita, quia sumebantur e consuetudine quotidianoque sermone. Numerus autem non domo depromebatur, neque habebat aliquam necessitudinem aut cognationem cum oratione. Itaque serius aliquanto notatus et cognitus quasi quandam palaestram
et extrema lineamenta orationi attulit. Quod si et an- 187
gusta quaedam atque concisa et alia est collatata et dif-

---

186. *itaque et Herodotus*] *et* del. Sch. 1. Similiter iudicavit Cicero §. 219. „*Itaque si quae veteres illi (Herodotum dico et Thucydidem totamque eam aetatem) apte numeroseque dixerunt, ea non numero quaesito sed verborum collocatione ceciderunt.*“ Dissentit Quinct. IX, 4, 16. „*Itaque ut confiteor paene ultimam oratoribus artem compositionis quae perfecta sit, contigisse: ita illis quoque priscis habitam inter curas, in quantum adhuc profecerunt, puto. Neque enim mihi quamlibet magnus auctor Cicero persuaserit, Lysiam, Herodotum, Thucydidem parum studiosos eius fuisse. Genus fortasse sint secuti non idem quod Demosthenes aut Plato: quanquam et ii ipsi inter se dissimiles fuerunt.*“ etc.

superiorque] *quae* Ven. 2.

caruit] *placuit* Gu. 3. — *non placuit* Heus.

nisi quando] *nisi si quando* Gryph. 2. — *sed nisi quondam temere* Vet.

nobis multa] Vit. *multa nobis* Ceteri.

id semper] *id semel* Vet.

Cap. 56. *translata*] v. §. 92.

aut iuncta] *coniuncta* Vet.

numerus] *numerus autem non vitiosum sed non attendimus neque exaudimus nosmetipsos aut cognationem cum oratione. Itaque* Dr. cf. §. 189.

non domo depromebatur] Vict. Man. Grut. Ern. Or. — *non domo depremebatur* Cod. Lamb. — *nondum deprehendebatur* L. — *non modo depromebatur* Vit. Palatt. Ven. 1. 2. Med. Tul. Aldd. Ju. Crat. Camer.

lineamenta] *liniamenta* Vict.

187. *quod si et*] *quod etsi et* Vit. Tul. — *quo etsi angusta* Ven. 1. 2. — *quod si angusta* Vet.

est collatata et diffusa] Med. Ven. 2. Aldd. Ju. Cr. Man. Grut. — om. *est* Vit. Ven. 1. 2. Tul. — *collocata* Vit. Tul. — *collata* Dr. Ven. 1. Gryph. 2. — *dilatata* Gu. 3. Steph. L. Sch. Or. — *et fusa* Vet. Gu. 3. Sch. Or. Fortasse sic leg. est: Quod si est angusta quaedam atque concisa, et alia collatata et diffusa oratio. Delerunt edd.

fusa oratio, necesse est id non literarum accidere natura, sed intervallorum longorum et brevium varietate: quibus implicata atque permista oratio quoniam tum stabilis est tum volubilis, necesse est eiusmodi naturam numeris contineri. Nam circuitus ille, quem saepe iam diximus, incitatior numero ipso fertur et labitur, quoad perveniat ad finem et insistat. Perspicuum est igitur, numeris astrictam orationem esse debere, carere versibus.

188 Sed hi numeri poëticine sint, an ex alio genere quodam, deinceps est videndum. Nullus est igitur numerus extra poëticos, propterea quod definita sunt genera numerorum. Nam omnis talis est, ut unus sit e tribus. Pes enim, qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, ut necesse sit partem pedis aut aequalem

---

voc. *collatata*, quia semel tantum legatur in Cicerone: quod si haec ratio valeret, multa sane ex nostro libro eiicienda essent vocabula.

id non l. accidere] om. *id* Vit. — *accedere nature* Vit. Dr. Ven. 1. Med. — *accidere naturae* Ven. 2. Tul. — *accidere tantum natura* L. Steph.

implicata] *implicita* Med.

permista] *permixta* Ven. 1. L. Or.

quoniam tum] *quibus implicata atque permista oratio tum stabilis est tum volubilis. Itaque necesse est* etc. Ern. suspic. — *quibus implicata atque permista oratione quoniam tum* etc. Schell. Obss. p. 37. — *necesse est eiusmodi varietatem numeris contineri* Sch. 2. — *quibus impl. atque p. oratio tum stabilis est tum volubilis, quoniam nec. est* etc. Or. — *eiusmodi ut naturam* Gu. 3. Sensus est: Numeris cum implicatur oratio, aut stabilis fit aut volubilis. causa ergo huius naturae orationis sunt numeri, vel, causa tarditatis aut celeritatis orationis sunt numeri.

circuitus ille] om. *ille* Ven. 2.

fertur et labitur] Haec duo verba non diversa significant genera. *vel incitatior numero ipso fertur vel tardius labitur.* Sch. 2.

quoad] *quod* Vict.

insistat] *sistat* Vet.

188. *hi numeri*] *ei numeri* Vit. Ven. 1. 2. Med. Tul.

est videndum] om. *est* Man.

partitur in tria] *partitur* valet *dividitur. partiri* h. l. passiva significatione, ut apud antiquiores *partire* haud raro occurrit. Pomp. C. A. D. p. 310. „*Tamen pro arbitrio tuo quemadmodum volueris dicere potes: Tondeo, tondeor; lavo, lavor; fabrico, fabricor; munero illum et muneror illum, partio et partior. Provincias inter separtiverant.*“ Quem locum ab editore non repertum Ciceronis esse, ex Valerio Probo p. 1483 Put. apparet, ubi idem vocab. *partiverant* Ciceroni tribuitur nominatim. — *partitur ad tria* Crat. — om. *in tria* Palatt. 2. Schir. — *partitur ita, ut* Sch. 2.

aut aequalem alteri] Vit. Ern. Sch. Or. — *aut aequalem esse alteri* Ceteri.

alteri parti, aut altero tanto aut sesqui esse maiorem. Ita fit aequalis dactylus, duplex iambus, sesquiplex paean; qui pedes in orationem non cadere qui possunt? quibus ordine locatis quod efficitur, numerosum sit necesse est. Sed quaeritur, quo numero aut quibus 189
potissimum sit utendum. Incidere vero omnes in orationem etiam ex hoc intelligi potest, quod versus saepe in oratione per imprudentiam dicimus: quod vehementer est vitiosum, sed non attendimus neque exaudimus nosmetipsos. Senarios vero et Hipponacteos effugere vix possumus: magnam enim partem ex iambis nostra constat oratio. Sed tamen eos versus facile agnoscit auditor; sunt enim usitatissimi. Inculcamus autem per

---

aut sesqui esse m.] *altero tanto maiorem aut sesqui. ita fit* etc. Budaeus. — *aut sesque* Vit. — *at sesque* Dr.

sesquiplex paean] Sic scripsi cum Crat. Camer. L. — *sequens paean* Dr. — *sesqui paean* Ceteri. cf. c. 57, 193. *sed ita factos eos pedes esse, ut in singulis modus insit aut sesquiplex aut duplex aut par.* Quinct. IX, 4, 46. — *ῥυθμὸς est aut par ut dactylus — aut sescuplex ut paeon — aut duplex ut iambus.* — Ex Aristotele (Rhet. III. c. 8.) haec sumsit Cicero: *Τῶν δὲ ῥυθμῶν ὁ μὲν ἡρῷος σεμνὸς καὶ οὐ λεκτικὸς καὶ ἁρμονίας δεόμενος· ὁ δὲ ἴαμβος αὐτή ἐστιν ἡ λέξις ἡ τῶν πολλῶν — ὁ δὲ τροχαῖος κορδακικώτερος. — λείπεται δὲ παιὰν, ᾧ ἐχρῶντο μὲν ὡς ἐν ἀποῤῥήτῳ ἀπὸ Θρασυμάχου ἀρξάμενοι. — ἔστι δὲ τρίτος ὁ παιὰν καὶ ἐχόμενος τῶν εἰρημένων. τρία δὲ πρὸς δύ' ἐστίν. ἐκείνων δὲ ὁ μὲν ἓν πρὸς ἓν, ὁ δὲ δύο πρὸς ἕν. ἔχεται δὲ τῶν λόγων τούτων ὁ ἡμιόλιος. οὗτος δ' ἐστὶν ὁ παιάν.* — *paean* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. Aldd. Ju. Vict. Man. — *paeon* Grut. ac recentt. v. Spald. ad Quinct. IX, 4. 80. Utraque scriptura ut in Graecis auctoribus sic in Latinis est probata. ego praetuli vetustissimorum codd. auctoritatem. — *ita fit aequalis dactyli, duplex iambi, sesquiplex paeanis sc. pars* L. in not. — *ita fit aequalis dactylis, duplex iambis, sesquiplex paeoni* Sch. 2.

non cadere] *pean qui pedes non cadere in orationem qui* Vit.

aut quibus] *aut quibus pedibus potissimum* Vit. — *aut in quibus* Steph. — *ut quibus* Dr.

quod veh. est vitiosum] *est id vehem. vitiosum* Gu. 3. — *est illud vehem. vitiosum* Vet.

Hipponacteos] *hyponacteos* Ven. 1. 2. Med. Tul. Vict. Ald. 1. Man. L. — „Trimetros Hipponactius pedem novissimum assumens spondeum vel chorium."

magnam enim partem] *magna enim parte* Dr.

facile agnoscit] *cognoscit* Vit. Dr. ut §. 183. *esse ergo in oratione numerum quendam, non est difficile cognoscere.* At §. 209. *si enim semper utare, cum satietatem affert, tum quale sit etiam ab imperitis agnoscitur.* 215. *primum enim numerus agnoscitur, deinde satiat.*

inculcamus autem] *enim* Vet.

imprudentiam saepe etiam minus usitatos, sed tamen versus; vitiosum genus et longa animi provisione fu-
190 giendum. Elegit ex multis Isocrati libris triginta fortasse versus Hieronymus, peripateticus in primis nobilis, plerosque senarios sed etiam anapaesta: quo quid potest esse turpius? Etsi in eligendo fecit malitiose: prima enim syllaba demta in primo verbo sententiae, postremum ad verbum primam rursus syllabam adiunxit insequentis. Itaque factus est anapaestus is, qui Aristophaneus nominatur. Quod ne accidat, observari nec potest nec necesse est. Sed tamen hic corrector in eo ipso loco, quo reprehendit, (ut a me animadversum est studiose inquirenti in eum) immittit imprudens ipse

---

etiam minus] *etiam animis* Dr.

elegit] *eligit* Gu. 3.

190. *Isocrati*] Grut. Schir. — *Isocratis* Ceteri. cf. Prisci. VI. XI. p. 285. Krehl. „*Et sciendum, quod in huiuscemodi nominibus quando tertiae sunt, frequentissime veteres dativum proferunt pro genitivo, Aristoteli, Demostheni, Thucydidi, Euripidi pro Aristotelis* etc. *ponentes.*“ Cic. IV. Verrin. (Acc. II. 2, 54.) *Timarchidi* ibid. c. 28. Schneid. L. G. T. 2. p. 166. Etiam Monac. habet *Isocrati.*

Hieronymus] Rhodius, de quo Cicero in Acad. IV, 42. de finib. II, 3 et 6. Eiusdemque contra Isocratem testimonio utitur Dionys. Halic. in iudicio de Isocrate T. 2. p. 99. ed. Sylb. Francof.

anapaesta] *anapestos* Vit. — *anapaesticos* Med. Aldd. Tul. Ju. Cr. Man. L. — *anapesti* mg. Tul. Duae primae lectiones bene se habent: nam in una *anapaesta μέτρα* supplebis, in altera *anapaestos στίχους.*

in eligendo] *in legendo* Vet.

demta in primo] *ex primo* Aldd. Ju. Cr. L.

adiunxit] *syllabam adiunxit in sequentem sententiam ita* Vet.

itaque factus] Vit. Dr. — *ita factus* Ceteri.

anapaestus] Vit. Dr. Aldd. Ju. — *anapaesticus* Ven. 2. Med. Tul. Cr. L. Or.

quo reprehendit] *quo Isocratem reprehendit* mg. 1584.

ut a me] om. *ut* Vet.

studiose inquirenti] *studiosius* Steph. L. — *inquirenti* Sic Vit. Dr. Ven. 1. 2. Tul. Aldd. Juntt. Cr. Vict. Gryph. 1. 2. cf. Servii A. Gr. p. 524. ed. Lindem. „*De ablativo singulari participii temporis praesentis dubitaverunt veteres, utrum in i exeat, an in e. Cicero in i misit, Virgilius in e. Et scire nos debemus, regulam hanc esse, ut in e exeat. Participia enim in e debent desinere non in i: auctores tamen eufoniam secuti sunt, ut quod suave auribus videbatur, dicerent.*“ Pomp. C. A. D. p. 364. „*Quaeritur, utrum participia in i exeant an in e. Quaesitum est diu apud artigraphos. Et scrire debes, quia omne participium praesentis temporis in e terminatur. Siquando inveneris i terminari, aut necessitas facit metri, aut certe quoniam habet cognationem cum nomine.*“ — *inquirente* nemo praeter Steph. L. ac

senarium. Sit igitur hoc cognitum, in solutis etiam verbis inesse numeros, eosdemque esse oratorios qui sint poëtici.

Sequitur ergo, ut, qui maxime cadant in oratio- 57
nem aptam numeri, videndum sit. Sunt enim qui 191
iambicum putent, quod sit orationi simillimus: qua de causa fieri, ut is potissimum propter similitudinem veritatis adhibeatur in fabulis, quod ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiae sit accommodatior. Ephorus autem, levis ipse orator sed profectus ex optima disciplina, paeana sequitur aut dactylum, fugit autem spondeum et trochaeum. Quod enim paean

---

recentt. Malui autem veterum grammaticorum praecepta sequi quam recentiorum, cum illi omnino magnis in rebus excellere videantur, hi plerumque in parvis.

immittit] Ven. 1. 2. Med. Tul. Aldd. Ju. Cr. Vict. Man. Or. — *inmittit* Vit. Dr. — *emittit L.*

sit igitur] *sic ig.* Ven. 1. 2.

qui sint] *qui sunt* L. Aldd. Cr. Ju. Gryph. 1. 2.

Cap. 57. 191. *qui maxime*] *quae maxime* Vet.

videndum sit] om. *sit* Ven. 1.

sunt enim] Vit. Steph. L. ac recentt. — *et sunt enim* Dr. Ven. 1. Aldd. Ju. Med. Cr. Vict.

iambicum] *iambum* Ven. 2. Tul. Gryph. 2. — *ambiguum* Vet.

orationi] *oratori* Dr.

simillimus] *simillimum* Vet.

qua de causa] *qua de causa ratione potissimum* Vet.

quod ille] *quum ille* Ern. Nonius s. voce *magniloquentia*: *quod ille dactylius n.* etc.

dactylicus n. hexam.] *dactilocus* Vit. — *exametrorum* Med.

levis ipse] *lenis* Vit. Dr. Ven. 2. Cr. — *lenis ipse orator et profectus* Ald. 2.

et trochaeum] *et choreum* Ven. 2. Tul. — Quinct. IX, 4, 87. „*Licet igitur paeona sequatur Ephorus, inventum a Thrasymacho, probatum ab Aristotele, dactylumque, ut temperatiores brevibus ac longis; fugiat spondeum et trochaeum, alterius tarditate, alterius celeritate damnata.*“ etc. — De vi autem vocis *trochaeus* v. Quinct. IX, 4, 82. „*Tres breves* (syllabae) *trochaeum, quem tribrachyn dici volunt, qui choreo trochaei nomen imponunt — efficiunt.*“ ib. §. 80. — „*iambo contrarium* (pedem) *e longa et brevi choreum, non ut alii trochaeum nominemus.*“ Trochaeus appellatur qui alias choreus, choreus vero qui trochaeus alias. cf. §. 212. „*Insistit autem ambitus modis pluribus, e quibus unum est secuta Asia maxime, qui διχόρειος vocatur, cum duo extremi chorei sunt, id est, e singulis longis et brevibus. Explanandum est enim, quod ab aliis iidem pedes aliis nominantur vocabulis.*“

habeat tres breves, dactylus autem duas, brevitate et celeritate syllabarum labi putat verba proclivius, contraque accidere in spondeo et trochaeo; quod alter e longis constaret, alter e brevibus fieret, alteram nimis incitatam, alte-
192 ram nimis tardam orationem, neutram temperatam. Sed et illi priores errant, et Ephorus in culpa est. Nam et qui paeana praetereunt, non vident mollissimum a sese numerum eundemque amplissimum praeteriri. Quod longe Aristoteli videtur secus, qui iudicat heroum numerum grandiorem quam desideret soluta oratio, iambum autem nimis e vulgari esse sermone. Ita neque humilem et abiectam orationem nec nimis altam et exaggeratam probat, plenam tamen eam vult esse gravitatis, ut eos qui audient ad maiorem admirationem possit traducere.

---

tres breves] *habeat tris brevibus* Vit. — *treis breveis* Ald. 1.
brevitate et celeritate] *temperata brevitate et proceritate syllabarum* Sch.
et trochaeo] *et choreo* Ven. 2. Tul. Ald. 2.
e longis] *ex longis* Aldd. Cr. L. om. *e* Grnt. Ern. Sch. Or. — *quod alter e longis constet, alter e brevibus: fieri alteram* etc. Ern. suspic.
orationem] om. Ven. 2.
192. *nam et qui*] om. *et* Man. Sch. 2. v. Matth. de Anacol. p. 6. — „*alterum et omissum est. nam sic dicere voluit Cicero: nam et qui paeona praetereunt, non vident - praeteriri, et Ephorus ne spondeum quidem fugit*“ etc. (§. 194.) Sup. c. 19, 62.
mollissimum] *mobilissimum* Dr.
Aristoteli] Rhetor. III, c. 8. *Διὸ ῥυθμὸν δεῖ ἔχειν τὸν λόγον, μέτρον δὲ μή· ποίημα γὰρ ἔσται· ῥυθμὸν δὲ μὴ ἀκριβῶς. τοῦτο δὲ ἔσται, ἐὰν μέχρι τοῦ ᾖ. Τῶν δὲ ῥυθμῶν ὁ μὲν ἡρῷος σεμνὸς καὶ οὐ λεκτικὸς καὶ ἁρμονίας δεόμενος· ὁ δὲ ἴαμβος αὐτή ἐστιν ἡ λέξις ἡ τῶν πολλῶν· διὸ μάλιστα πάντων τῶν μέτρων ἰαμβεῖα φθέγγονται λέγοντες. δεῖ δὲ σεμνοτέραν γενέσθαι καὶ ἐκστῆσαι. ὁ δὲ τροχαῖος κορδακικώτερος· δηλοῖ δὲ τὰ τετράμετρα. ἔστι γὰρ τροχερὸς ῥυθμὸς τὰ τετράμετρα. λείπεται δὲ παιάν, ᾧ ἐχρῶντο μὲν ὡς ἐν ἀποῤῥήτῳ ἀπὸ Θρασυμάχου ἀρξάμενοι· οὐκ εἶχον δὲ λέγειν τίς ἦν. ἔστι δὲ τρίτος ὁ παιὰν καὶ ἐχόμενος τῶν εἰρημένων. τρία δὲ πρὸς δύ' ἐστιν. ἐκείνων δὲ, ὁ μὲν ἓν πρὸς ἕν· ὁ δὲ δύο πρὸς ἕν. ἔχεται δὲ τῶν λόγων τούτων ὁ ἡμιόλιος. οὗτος δ' ἐστὶν ὁ παιάν.*
iambum autem] *enim* Ven. 1. Cf. Quinct. IX, 4, 88. *iambus humanior videatur.*
et abiectam] Sic L. Sch. Or. — *neque humilem neque abiectam* Med. — *nec humilem neque abiectam* Ven. 1. 2. — *neque humilem nec abiectam.* Ceteri.
qui audient] *audiant* Kob. Ern. — *audiant* vel *audiunt* Ellendt ad Cic. Brut. p. 135. cf. §. 139. *ut fiat iis apud quos dicet familiaris.* de Orat. III. 202. *ut iis qui audient quod agebimus, quantum efficere oratio poterit, tantum esse videatur.* ad Herenn. IV, 37.

Trochaeum autem, qui est eodem spatio quo choreus, 193
cordacem appellat, quia contractio et brevitas dignitatem non habeat. Ita paeana probat eoque ait uti omnes, sed ipsos non sentire cum utantur: esse autem tertium ac medium inter illos, sed ita factos eos pedes esse, ut in singulis modus insit aut sesquiplex aut duplex aut par. Itaque illi de quibus ante dixi tantummodo commoditatis habuerunt rationem, nullam dignitatis. Iambus 194
enim et dactylus in versum cadunt maxime. Itaque ut versum fugimus in oratione, sic hi sunt evitandi continuati pedes. Aliud enim quiddam est oratio, nec quidquam inimicius quam illa versibus. Paean autem minime est aptus ad versum: quo libentius eum recipit oratio. Ephorus vero ne spondeum quidem fugit, intelligit esse aequalem dactylo, quem probat. Syllabis enim metiendos pedes non intervallis existimat: quod

---

Haec res — maxime facit, ut et illi, qui audient a culpa absint. ib. 1. 4, *nos – verba facturos aut de iis rebus quae ad rempublicam pertineant aut ad eos ipsos qui audient.*

193. *trochaeum autem*] *trochaeum autem non probat vel minime, qui est eodem* Ald. 2.

cordacem] *appellat κόρδακα* Steph. Cic. Lex. G. L. p. 155. — *cordacium* Meursius. — *κορδακικὸν* Sch. 2. — *cordacium* Spald. ad Quinct. IX, 4, 88. *trochaeum ut nimis currentem damnet, eique cordacis* (*cordacii* Spald.) *nomen imponat.* Front. Epist. p. 124. Nieb. „*Sed non modulatas aeque fateor* (esse sententias): *neque ita cordaces* (*cordaccas* Heindf.); *ita est: neque ita tinnulas: non nego.*"

habeat] *habeant* Tul.

quum utantur] *cur utantur* L. in not.

medium inter illos] intellige inter dactylum et iambum. Graeca sunt haec: *ἔστι δὲ τρίτος ὁ παιὰν καὶ ἐχόμενος τῶν εἰρημένων* (*ῥυθμῶν*). *τρία δὲ πρὸς δύ' ἐστιν. ἐκείνων δὲ ὁ μὲν ἓν πρὸς ἓν* (observa dactylum)· *ὁ δὲ δύο πρὸς ἕν* (observa iambum). *ἔχεται δὲ τῶν λόγων τούτων ὁ ἡμιόλιος* (sesquiplex) *οὗτος δ' ἐστὶν ὁ παιάν.*

in singulis] Ern. Sch. Or. — *in eis singulis* Ceteri.

sesquiplex] *sesquiples* Vit. — *sexquiplex* Ald. 1. Ju. Vict. Ven. 1. — *sesquiplus* Ald. 2. — *sexquiplus* Ven. 2. Tul.

et dactylus] om. *et* Vit.

194. *fugimus in orat.*] *fugimus, sic hi sunt in oratione evitandi* Ven. 2.

inimicius] *inimicitius* Dr. Ven. 1.

recipit] Vit. Med. Ven. 2. Tul. — *recepit* Ceteri. — *quo melius eum recepit* Dr.

ne spondeum q.] *nec spondeum q.* Vit. Ven. 1. — *ne spond. quidem quem fecit* Dr. Ven. 1.

syllabis enim] *etiam* Ven. 1.

idem facit in trochaeo, qui temporibus et intervallis est par iambo, sed eo vitiosus in oratione si ponatur extremus, quod verba melius in syllabas longiores cadunt. Atque haec, quae sunt apud Aristotelem, eadem
195 a Theophrasto Theodecteque de paeane dicuntur. Ego autem sentio, omnes in oratione esse quasi permistos et confusos pedes. Nec enim effugere possemus animadversionem, si semper iisdem uteremur, quia neque numerosa [esse] ut poëma neque extra numerum ut sermo vulgi esse debet oratio. Alterum nimis est vinctum, ut de industria factum appareat, alterum nimis dissolutum, ut pervagatum ac vulgare videatur: ut ab
196 altero non delectere, alterum oderis. Sit igitur (ut supra dixi) permista et temperata numeris nec dissoluta nec tota numerosa, paeane maxime (quoniam optimus auctor ita censet) sed reliquis etiam numeris, quos ille praeterit, temperata.

58 Quos autem numeros cum quibus tanquam purpuram misceri oporteat, nunc dicendum est, atque etiam quibus orationis generibus sint quique accommodatissimi. Iambus enim frequentissimus est in iis, quae demisso

---

est par] *par est* Ven. 1. 2. Med. Tul.
vitiosus] *vitiosius* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. Aldd. Ju.
in syllabas] *in syllabis longioribus* Vit.
Theodecteque] *theodoteque* Vit. Ven. 1. Med. cf. Quinct. IX, 4, 88.
195. *esse quasi permistos*] Ern. desiderat v. *debere* cf. c. 32. — *ergo eum censeo — non esse earum rerum omnino rudem.*
neque numerosa esse] del. *esse* Or. — *esset* Kob. Ceteri *esse* retinent. — *nec numerosa* Cr. Vict. Man. L. — *vitiose esse ut poma* Dr.
vulgi, esse debet] Ven. 1. Med. Sch. Ern. Or. — *vulgi, debet* Ven. 2. Tul. — *vulgi est, debet* Ceteri.
vinctum] *iunctum* Vit. Ven. 1. 2. Med. Tul. cf. de Or. III, §. 176. Supra §. 40.
ut pervagatum] *ut pervulgatum* Med. Ven. 2. Tul.
ac vulg. videatur] *atque* Ven. 1. 2. Tul. — om. *videatur* Man.
196. *permista et temperata*] *perm. et implicata* Sch.
auctor ita] *auctoritate censet* Dr. — *auctoritate ita censet* Ven. 1. — *auctoritate censetur* Med.
temperata] *comparata* Vit.
Cap. 58. *quique*] *cuique* Grut. errore typogr.
in iis] *in his* Vit. Ven. 1. 2. Med. Tul. — *in eis qui - dicuntur* Rufin. ap. Pith. p. 315.

atque humili sermone dicuntur. Paean autem in amplioribus: in utroque dactylus. Ita in varia et perpetua oratione hi sunt inter se miscendi et temperandi. Sic minime animadvertetur delectationis aucupium et quadrandae orationis industria: quae latebit eo magis, si et verborum et sententiarum ponderibus utemur. Nam qui audiunt haec duo animadvertunt et iucunda sibi censent, verba dico et sententias, eaque dum animis attentis admirantes excipiunt, fugit eos et praetervolat numerus: qui tamen si abesset, illa ipsa minus delectarent. Nec vero is cursus est numerorum, orationis dico, (nam est longe aliter in versibus) nihil ut fiat extra modum, nam id quidem esset poema; sed omnis nec claudicans nec quasi fluctuans et aequaliter constanterque ingrediens numerosa habetur oratio. Atque id

197. *ita in varia*] *itaque in v.* Rufin p. 2724. Put.
inter se miscendi] *intermiscendi* Dr.
animadvertetur] *animo advertetur* Ven. 1. 2. — *animo adverteretur* Tul. — *animadverteretur* Med.
delectationis] *delectionis* Dr.
quadrandae] *quadrate* Vit.
admirantes] *admirantur excipiunt* Vit.
si abesset] *abest* Ven. 1. Med.
illa ipsa minus delectarent] Sic scripsi sententiarum ratione commotus. ante *delectarent* casu exciderat *minus*, quod a librario in margine iuxta positum post ab alio librario non in iustum locum redactum est, nempe inter illa: *nec vero minus is cursus est*, ubi *minus* male se habet. indicat vero vocabulum *tamen*, deesse *minus* in hoc loco: nam si *minus* non scripsisset Cicero, dixisset: *qui etiamsi abesset, illa ipsa delectarent.* Non animadvertunt numerum, qui in verbis occultus est: tamen, si vere abesset, minus ipsi verbis sententiisque amplissimis delectarentur. Quamvis enim suaves gravesve sententiae, tamen, si inconditis verbis efferuntur, offendunt aures. Eodem modo correxere locum Purgoldus et Schütz. om. *minus* Ceteri.
nec vero is cursus est] Expunxi vocab. *minus* [una cum Sch. Or.] quod legitur in Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. Cdd. Regg. — quodque alii commutarunt in *nimius*: *nec vero nimius is* Aldd. Ju. Cr. Man. Grut. Ern. — *nimius is cursus esto* Lamb. — *his cursus* Ven. 2. Tul. — om. *numerorum* Ern.
id quidem] *id quid* Dr.
aequaliter] *aequabiliter* Sch. Or. improb. Frotsch. ad Quinct. X, 1, 86. Nam de modo vel numero vel tenore orationis proprie dicitur *aequaliter*.
habetur] *habeatur* L.
atque id] om. *id* Ven. 1. 2. Med. Tul.

in dicendo numerosum putatur, non quod totum constat e numeris, sed quod ad numeros proxime accedit: quo etiam difficilius est oratione uti quam versibus, quod in illis certa quaedam et definita lex est, quam sequi sit necesse; in dicendo autem nihil est propositum, nisi ut ne immoderata aut angusta aut dissoluta aut fluens sit oratio. Itaque non sunt in ea tanquam tibicini percussionum modi, sed universa comprehensio et species orationis clausa et terminata est: quod voluptate aurium iudicatur.

59 Solet autem quaeri, totone in ambitu verborum
199 numeri tenendi sint, an in primis partibus atque in extremis. Plerique enim censent cadere tantum numerose oportere terminarique sententiam. Est autem, ut id maxime deceat, non id solum; ponendus est enim ille ambitus, non abiiciendus. Quare cum aures extremum semper expectent in eoque acquiescant, id vacare numero non oportet, sed ad hunc exitum tamen a principio ferri debet verborum illa comprehensio et tota a capite ita fluere, ut ad extremum veniens ipsa consi-
200 stat. Id autem bona disciplina exercitatis, qui et multa scripserint et quaecumque etiam sine scripto dicerent, similia scriptorum effecerint, non erit difficillimum.

---

putatur] *putetur* Vit. L.
constat] *constet* Vit. — *constat e numerosis* Ven. 1.
quo etiam difficilius est] om. *est* Ven. 1. — *quod etiam* Ven. 2. Tul. — *est quo etiam difficilius* o. Med. — *est quoque etiam diff.* mg. Tul. — om. *uti* Ven. 2.
quod in illis] om. *in* Grut. Ern. Or. — *quidem in illis* Vit.
nihil est] om. *est* Ven. 2.
nisi ut ne] Sch. Or. — *nisi aut ne* Ceteri. — *nisi ne aut* L.
aut angusta] *an ang.* Vit.
tibicini] *tibicinis* Vit.
iudicatur] *indicatur* Med.
Cap. 59. 199. *in extremis*] *atque in extremis an solum in extremis* Sch.
non id solum] *non ut id solum* Sch.
ponendus] om. Ven. 2. Tul.
tamen a principio] *tam* mg. Tul. (sic, non *iam*) — *iam inde* Ern.
ferri] *fieri* Vit.
200. *scripserint*] *scripserunt* Ven. 2. Tul.
etiam sine] om. *etiam* Ven. 2. Tul.

Ante enim circumscribitur mente sententia confestimque verba concurrunt, quae mens eadem, qua nihil est celerius, statim dimittit, ut suo quodque loco respondeat: quorum descriptus ordo alias alia terminatione concluditur, atque omnia illa et prima et media verba spectare debent ad ultimum. Interdum enim cursus est in 201
oratione incitatior, interdum moderata ingressio, ut iam a principio videndum sit, quemadmodum velis venire ad extremum. Nec in numeris magis quam in reliquis ornamentis orationis, eadem cum faciamus quae poëtae, effugimus tamen in oratione poëmatis similitudinem. Est enim in utroque et materia et tractatio: materia in verbis, tractatio in collocatione verborum.
Ternae autem sunt utriusque partes. Verborum, trans- 60
latum novum priscum; (nam de propriis nihil hoc loco
dicimus) collocationis autem, eae quas diximus com- 202
positio concinnitas numerus. Sed in utroque frequentiores sunt et liberiores poëtae; nam et transferunt verba cum crebrius tum etiam audacius, et priscis libentius utuntur et liberius novis. Quod idem fit in numeris, in quibus quasi necessitati parere coguntur. Sed tamen haec nec nimis esse diversa neque ullo modo coniuncta intelligi licet. Ita fit, ut non item in oratione ut in versu numerus extet, idque quod numerosum in oratione dicitur non semper numero fiat, sed nonnunquam
aut concinnitate aut constructione verborum. Ita si 203
numerus orationis quaeritur qui sit, omnis est, sed alius

---

201. *ornamentis orationis*] om. *orationis* Sch. 1.
eadem cum] *eadem enim cum* Ven. 1. Med. Tul. — om. *cum* Vit.
Cap. 60. *partes. Verborum*] Sic distinxit Sch. Or. — *partes verborum;* Ceteri.
202. *collocationis*] *collocationes* Vit. Dr. Med. Tul. Ald. 1. Gryph. 1. 2. L. — collocationesque autem Ven. 2. Quinct. IX, 4. 22. „*In omni porro compositione tria sunt genera necessaria, ordo, iunctura, numerus.*“
cum crebrius] *tum cr.* Sch.
audacius] *audactius* Ven. 1.
utuntur] *utentur* Vit.
tamen haec] om. *haec* Crat.
neque ullo modo] *neque nullo non modo* Sch. 2.
203. *omnis est*] *omnis sit* Vit.

alio melior atque aptior; [si locus: in omni parte verborum.] si unde ortus sit, ex aurium voluptate; si componendorum ratio, dicetur alio loco, quia pertinet ad usum, quae pars quarta et extrema nobis in dividendo fuit; si ad quam rem adhibeatur, ad delectationem; si quando, semper; si quo loco, in tota continuatione verborum; si quae res efficiat voluptatem, eadem quae in versibus, quorum modum non notat ars, sed aures ipsae tacito eum sensu sine arte definiunt.

61 Satis multa de natura: sequitur usus, de quo est
204 accuratius disputandum. In quo quaesitum est, in totone circuitu illo orationis, quem Graeci *περίοδον*, nos

---

si locus, in omni parte verborum] Interpolata iudico. mox idem rursus dicitur: *si quo loco, in tota continuatione verborum*, et quidem eo ipso qui supra §. 179. servatur, ordine: „*Quaeri enim potest, qui sit orationis numerus, et ubi sit positus et natus ex quo, et is unusne sit an duo an plures quaque ratione componatur, et ad quam rem et quando et quo loco et quemadmodum adhibitus aliquid voluptatis afferat.*" Observare enim licet, illis: *et ubi sit positus et natus ex quo* accurate respondere in nostro loco: *si unde ortus sit, ex aurium voluptate*, non, *si locus in omni parte verborum.* nam hac de re postea quaesitum esse vides.

ratio, dicetur] *ratio. quae pars quarta* Dr.

adhibeatur] *adhibeat* Ven. 1.

eadem quae] *eademque* Ven. 1. 2. Tul. — *voluptatem eandemque in v.* mg. Tul. — *voluptatem eandem quae in v.* Med.

non notat ars] Inserui *non*, nec temere puto. Ceteri id omittunt praeter Victorium, qui hac de re in Var. Lect. XIII, 6. disputavit. Non agnoscimus arte ac ratione versum aut orationis numerum sed natura atque sensu. §. 183. „*Esse ergo in oratione numerum quendam, non est difficile cognoscere. Iudicat enim sensus. Neque enim ipse versus ratione est cognitus sed natura atque sensu, quem dimensa ratio docuit quid acciderit. Ita notatio naturae et animadversio peperit artem.*" §. 162. „*Sed quia rerum verborumque iudicium prudentiae est, vocum autem et numerorum aures sunt iudices, et quod illa ad intelligentiam referuntur, haec ad voluptatem: in illis ratio invenit, in his sensus artem.*" de Orat. III. §. 195. „*Omnes enim tacito quodam sensu sine ulla arte aut ratione, quae sint in artibus ac rationibus recta ac prava, diiudicant, idque cum faciunt in picturis et in signis et in aliis operibus, ad quorum intelligentiam a natura minus habent instrumenti, tum multo ostendunt magis in verborum vocumque iudicio; quod ea sunt in communibus infixa sensibus, neque earum rerum quenquam funditus natura voluit esse expertem.*"

tacito eum sensu] *aures ipse tam cito eum sensum* Dr. — *sed aures ipsae tacito: eum sensum sine a. d.* Tul. — *tacito eum sensum* Med. — *cum sensum* Ven. 1. 2. — *tacito cum sensu* mg. Gothofr.

Cap. 61. 204. *περίοδον*] *periodum nos eum ambitum* Vit. — *periodum appellant, nos* Ven. 2. Tul. — Quinct. IX, 4. 124. „*Pe-*

tum ambitum tum circuitum tum comprehensionem aut continuationem aut circumscriptionem dicimus, an in principiis solum, an in extremis, an in utraque parte numerus tenendus sit. Deinde cum aliud videatur esse
numerus aliud numerosum, quid intersit. Tum autem 205
in omnibusne numeris aequaliter particulas deceat incidere, an facere alias breviores alias longiores, idque quando aut cur; quibusque partibus, pluribusne an singulis, imparibus an aequalibus; et quando aut istis aut illis sit utendum; quaeque inter se aptissime collocentur et quomodo, an omnino nulla sit in eo genere distinctio; quodque ad rem maxime pertinet, qua ratione
numerosa fiat oratio. Explicandum est etiam, unde 206
orta sit forma verborum, dicendumque, quantos circuitus facere deceat, deque eorum particulis et tanquam incisionibus disserendum est quaerendumque, utrum una species et longitudo sit earum anne plures, et, si plures, quo loco aut quando quoque genere uti oporteat. Postremo totius generis utilitas explicanda est, quae quidem patet latius: non ad unam enim rem aliquam sed ad plures accommodatur.

At licet non ad singulas res respondentem de uni- 207
verso genere sic dicere, ut etiam singulis satis responsum esse videatur. Remotis igitur reliquis generibus

---

riodo plurima nomina dat Cicero, ambitum, circuitum, comprehensionem, continuationem, circumscriptionem."

an in extremis] *aut in e.* Sch. 1.

videatur] *videtur* Dr.

205. *aequaliter*] *aequabiliter* L. Man.

pertinet] *pertineat* Ven. 2. Tul.

explicandum est etiam] Sic Mon. — *explicandum etiam est* Ceteri.

206. *particulis*] *partibus* Dr.

disserendum est] om. *est* mg. 1578.

una species] *spes* Dr.

sit] om. Ven. 2.

anne plures] *an plures* Vit. — *an re plures* Dr.

non ad unam] *non id unam* Dr.

207. *at licet*] Sic recepi e Dr. Multa quidem sunt et varia, de quibus disputantum sit: at non ad singula respondebo, sed totum comprehendam genus, ita tamen ut etiam singulis satis responsum videatur. — *ac licet* Ceteri.

esse videatur] om. *esse* Ven. 1. Med.

unum selegimus hoc quod in causis foroque versatur, de quo diceremus. Ergo in aliis, id est, in historia et in eo quod appellamus ἐπιδεικτικὸν placet omnia dici Isocrateo Theopompeoque more illa circumscriptione ambituque, ut tanquam in orbe inclusa currat oratio, quoad insistat in singulis perfectis absolutisque senten-
208 tiis. Itaque posteaquam est nata haec vel circumscriptio vel comprehensio vel continuatio vel ambitus, si ita licet dicere, nemo, qui aliquo esset in numero, scripsit orationem generis eius, quod esset ad delectationem comparatum remotumque a iudiciis forensique certamine, quin redigeret omnes fere in quadrum numerumque sententias. Nam cum is est auditor, qui non vereatur, ne compositae orationis insidiis sua fides attentetur, gratiam quoque habet oratori voluptati aurium
62 servienti. Genus autem hoc orationis neque totum as-
209 sumendum est ad causas forenses neque omnino repudiandum: si enim semper utare, cum satietatem affert, tum quale sit etiam ab imperitis agnoscitur. Detrahit praeterea actionis dolorem, aufert humanum sensum actoris, tollit funditus veritatem et fidem.

Sed, quoniam adhibenda nonnunquam est, primum videndum est, quo loco, deinde quam diu retinenda sit, tum quot modis commutanda. Adhibenda est igi-

---

hoc quod] *hoc quidem in causis* Ven. 1. 2. — *hoc quidem quod in* Med. Aldd. Ju. Tul. L.

diceremus.] *dicemus* Ven. 1. 2. Med. Tul. — *dixerimus* Vit.

in historia] Quinct. IX. 4, 129. „*Historia non tam finitos numeros quam orbem quendam contextumque desiderat. Namque omnia eius membra connexa sunt, quoniam lubrica est ac fluit, ut homines qui manibus invicem apprehensis gradum firmant, continent et continentur.*"

ἐπιδεικτικὸν] *epidicticon* Tul.

208. *qui aliquo esset*] *est* Dr.

ad delectationem] *ad delectionem* Dr.

Cap. 62. 209. *totum*] om. Ald. 2. — *tum* Dr.

affert] *affertur* Dr.

tum quale sit etiam] *tum etiam quale sit* L.

humanum] *hominum* Ju. 1.

adhibenda - retinenda - commutanda] *adhibendum - retinendum - commutandum* L. — *retinenda est* Vit. 1. m.

videndum est] om. *est* mg. 1578.

tur numerosa oratio, si aut laudandum est aliquid 210
ornatius, ut nos in Accusationis secundo de Siciliae laude diximus, ut in senatu de consulatu meo, aut exponenda narratio, quae plus dignitatis desiderat quam doloris, ut in quarto Accusationis de Ennensi Cerere, de Segestana Diana, de Syracusarum situ diximus. Saepe etiam in amplificanda re concessu omnium funditur numerose et volubiliter oratio. Id nos fortasse non perfecimus, conati quidem saepissime sumus: quod plurimis locis perorationes nostrae voluisse nos atque animo contendisse declarant. Id autem tum valet, cum is qui audit ab oratore iam obsessus est ac tenetur. Non enim id agit, ut insidietur et observet, sed iam favet processumque vult, dicendique vim admirans non anquirit quid reprendat. Haec autem forma retinenda non 211
diu est. [nec dico in peroratione, quam ipse includit,

---

210. *ornatius ut*] *ornatius ut senatu de consulatu nos in Accusationis* etc. Ven. 1.
ut in senatu] Ern. Sch. Or. — *aut in s.* Ceteri.
desiderat] *desideret* Ern.
de Ennensi] *de hennensi* Vit. — *de aetnensi* Ven. 1. 2. Tul.
Segestana] *Segestena* Tul.
quod] delendum putabat Ern. Sed v. Matthiae Miscell. Critic. 2, 3. p. 85.
declarant] *declarat* Vit.
non enim id agit] *non enim tum id a.* Sch.
ut insidietur] *ut insidiantem observet* Crat. Gryph. 1. 2. — *ut insidiatorem observet* L. — Vulgata lectio bene se habet. § 208. „*Nam cum is est auditor, qui non vereatur, ne compositae orationis insidiis sua fides attentetur, gratiam quoque habet oratori voluptati aurium servienti.*" Quinct. IX, 4, 129. „*Totum autem hoc adhibendum est, quod sit amplius compositionis genus, cum iudex non solum rem tenet, sed etiam captus est oratione, et se credit actori et voluptate iam ducitur.*"
sed iam] *sed etiam* Ven. 2. Tul.
anquirit quid reprendat] Sic recepi e Dr. - is enim sic exhibet verba: *adquirit quid reprendat.* — *anquirit quod prehendat* Ven. 2. — *acquirit quid praehendat* Med. — *inquirit quod prehendat* Vit. Ven. 1. Tul. — *inquirit quod reprehendat* Aldd. Ju. et recentt.

211. [*nec dico - partibus*] Hoc totum membrum interpolatum puto, id quod praesertim ex illis verbis *quam ipse includit* cognosci potest. *ipse* enim ad Ciceronem referri debet. Verba sunt magistri cuiusdam ita pueris praecipientis: Cicero dicit, numerosam ora-

sed in orationis reliquis partibus.] Nam cum sis his locis usus, quibus ostendi licere, transferenda tota dictio est ad illa, quae nescio cur, cum Graeci *κόμματα* et *κῶλα* nominent, nos non recte incisa et membra dicamus. Neque enim esse possunt rebus ignotis nota nomina, sed cum verba aut suavitatis aut inopiae causa transferre soleamus, in omnibus hoc fit artibus, ut, cum id appellandum sit, quod propter rerum ignorationem ipsarum nullum habuerit ante nomen, necessitas cogat aut novum facere verbum aut a simili mutuari.

63 Quo autem pacto deceat incise membratimve dici,
212 iam videbimus: nunc, quot modis mutentur comprehensiones conclusionesque, dicendum est. Fluit omnino numerus a primo tum incitatius brevitate pedum tum proceritate tardius. Cursum contentiones magis requirunt, expositiones rerum tarditatem. Insistit autem ambitus modis pluribus, e quibus unum est secuta Asia maxime, qui dichoreus vocatur, cum duo extremi chorei sunt, id est, e singulis longis et brevibus. Explanandum est enim, quod ab aliis iidem pedes aliis

---

tionis formam non diu esse retinendam, ego antem volo, ut omnino non in peroratione, in qua tamen ipse Cicero numeris est usus, id fiat, sed potius in orationis reliquis partibus. Omisit L. *quam ipse includit.* — *quam ipsam cludit* Gulielm. — *quam ipse finis includit* Sch. — *quae ipsam claudit* Or.

his locis] *iis locis* Crat. Ald. 2. Man. — *his in locis* L.

quibus ostendi] *qui ostendi liceret* Dr. — *liceret* Ven. 1. 2. Med.

κόμματα et κῶλα] *commata et colla* Med. — *vocant* pro *nominent* Ven. 1.

dicamus] *dicemus* mg. Tul.

rebus ignotis] *ut rebus i.* Ven. 2. Tul.

aut inopiae] *at inopiae* Gryph. 1.

hoc fit] om. *hoc* Vit.

cum id] om. *id* Ven. 1. 2. Tul.

cogat] *necessitatis cogit* Dr. — *cogit* Vit. Ven. 1. 2. Med. Tul. Ald. 1. Ju.

Cap. 63. 212. *tum incitatius*] *cum inc.* L. — *incitatus* Rufin. p. 1718. Put.

tardius] *tardus* Ruf. ap. Pith.

modis pluribus] *pedibus pl.* L.

qui dichoreus vocatur] *qui διχορεῖος vocatur* Steph. Cic. Lex. G. L. p. 156.

duo extremi] *duo chorei extremi* Ruf.

explanandum] *explorandum est enim quod ab illis iidem pedes aliis*

nominantur vocabulis. Dichoreus non est ille quidem 213
sua sponte vitiosus in clausulis, sed in orationis nu-
mero nihil est tam vitiosum quam si semper est idem.
Cadit autem per se ille ipse praeclare, quo etiam sa-
tietas formidanda est magis. Me stante C. Carbo, C. F.,
tribunus plebis in concione dixit his verbis, *O Marce
Druse, patrem appello:* haec quidem duo binis pedibus
incisim. Dein membratim, *Tu dicere solebas, sacram
esse rempublicam:* haec item membra ternis. Post 214
ambitus, *Quicumque eam violassent, ab omnibus esse
ei poenas persolutas:* dichoreus. Nihil ad rem enim,
extrema illa longa sit an brevis. Deinde, *Patris di-
ctum sapiens temeritas filii comprobavit.* Hoc dicho-
reo tantus clamor concionis excitatus est, ut admirabile
esset. Quaero, nonne id numerus effecerit? Verborum
ordinem immuta, fac sic, *Comprobavit filii temeritas,*
iam nihil erit, etsi *temeritas* ex tribus brevibus et longa
est, quem Aristoteles ut optimum probat, a quo dis-
sentio. At eadem verba eadem sententia. Animo istuc 215

---

vocabulis nominantur Vit. — *quod ab illis eidem pedes al. vocab. nomin.* Dr. — *quod iam ab aliis iidem p. aliis voc. n.* Ruf.

213. *nihil est tam*] *nihil est enim tam v.* Vit.

est idem] om. *est* Ven. 2.

ille ipse] *ipse ille* Ruf. — om. *ipse* Man.

C. Carbo] *M. Carbo* mg. Tul.

incisim] v. Nonius s. v. — *haec quidem duobus in his pedibus incisim, deinde membratim* Ruf.

dein] *deinde* Vit. — *deinde membratim ternis, tu* L.

214. *haec item*] *hoc item* Ven. 1. 2. Tul. — *deinde item membratim quaternis: post clausula ambitus* L. — *haec item membratim quaternis. post ambitus* Schir.

violassent] Vit. Gryph. 2. — *quicunque violasset* Rufin. — *violavissent* Ceteri.

persolutas] *persolutas. persolutas dichoreus* L.

nihil ad rem enim] Dr. — *nihil enim ad rem* Ceteri.

comprobavit] Quinct. IX, 4, 103. „*Claudet et dichoreus, id est, pes sibi ipse iungetur quo Asiani sunt usi plurimum: cuius exemplum Cicero ponit: Patris dictum sapiens temeritas filii comprobavit.*" — Comparavit Reizius Cic. de divin. 1, 23. — „*quod matris somnium immanis filii crudelitas comprobavit.*"

excitatus] *exercitatus* Dr.

quaero nonne] *numne* Med. Tul. — *annon* Ern. At cf. Schell. Obss. ad h. l. Ochsner ad Cic. Eclog. p. 274.

quem Aristoteles] *quam A.* Vit.

215. *dissentio*] *dissensio* Crat.

istuc] *istud* Sch. 2.

64 satis est, auribus non satis. Sed id crebrius fieri non oportet. Primum enim numerus agnoscitur, deinde satiat, postea cognita facilitate contemnitur. Sed sunt clausulae plures, quae numerose et iucunde cadant. Nam et creticus, qui est e longa et brevi et longa, et eius aequalis paean, qui spatio par est, syllaba longior, quam commodissime putatur in solutam orationem illigari, cum sit duplex. Nam aut e longa est et tribus brevibus, qui numerus in primo viget, iacet in extremo, aut e totidem brevibus et longa, in quem optime cadere censent veteres: ego non plane reiicio, sed alios
216 antepono. Ne spondeus quidem funditus est repudiandus. Etsi, quod est e longis duabus, hebetior videtur et tardior, habet tamen stabilem quendam et non expertem dignitatis gradum, in incisionibus vero multo magis et in membris. Paucitatem enim pedum gravitatis suae tarditate compensat. Sed hos cum in clausulis pedes nomino, non loquor de uno pede extremo. Adiungo (quod minimum sit) proximum superiorem, saepe
217 etiam tertium. Ne iambus quidem, qui est e brevi et longa, aut par choreo trochaeus, qui habet tres breves

---

Cap. 64. *cadant*] *iucunde cadunt* Ruf.

nam et creticus] *nam creticus qui ex longa et brevi et longa, et eius aequalis paean, qui spatio par syllaba longior, qui commodissime* etc. Rufin. ap. Pithoeum. — *qui commodissime* Vit. Med. — *qui accommodissime* Dr.

nam aut e longa est et] Sic recepi e Vit. Ruf. Ceteri om. *est.* — om. *aut* Dr. — *nam ut e longa* Vict.

aut e totidem] Sic addita praeposit. *e* Grut. Ern. Or. et Rufinus. om. *e* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. Aldd. Ju. Crat. Vict. Man.

in quem] om. *in* Ruf.

ne spondeus] *nam spondeus est quidem funditus* Ruf.

216. *etsi, quod*] *et quod est* Dr. — *etsi quod est e longis, hebetior* Ruf. — *etsi enim quod* L.

expertem] *expertum* Ven. 2. Tul.

et in membris] *quam in membris* Lallem.

paucitatem e. pedum] *syllabarum enim paucitatem grav.* L. — *paucitatem enim syllabarum* mg. 1584.

gravitatis suae tarditate] *gravitate sua et tarditate* Ruf. bis. — *tarditatis suae gravitate* Sch. 2. suspic.

sed hos] om. *hos* Tul.

proximum superiorem] *proxime superiorem* Ern. — Schell. *superiorem* delet.

217. *aut par choreo trochaeus*] Refutat hoc loco Cicero eos, qui certos numeros in oratione repudiabant, interque hos Ephorum

sed spatio par, non syllabis, aut etiam dactylus, qui est e longa et duabus brevibus, si est proximus a postremo, parum volubiliter pervenit ad extremum, si est extremus choreus, aut spondeus. Nunquam enim interest, uter sit eorum in pede extremo. Sed iidem hi tres pedes male concludunt, si quis eorum in extremo locatus est, nisi cum pro cretico postremus est dactylus. Nihil enim interest, dactylus sit extremus an creticus, quia postrema syllaba brevis an longa sit, ne in versu quidem refert.
Quare etiam paeana qui dixit aptiorem, in quo esset 218
longa postrema, vidit parum, quoniam nihil ad rem est, postrema quam longa sit. Iam paean, quod plures habeat syllabas quam tres, numerus a quibusdam

---

qui spondeum et trochaeum sedulo fugere solebat. (§. 191.) Excidisse ergo puto vocab. *trochaeus*, ut iam indicant illa verba: *qui habet tres breves*: ita enim supra hic pes est definitus §. 191. Comparatur vero iam §. 193. cum choreo trochaeus: „*Trochaeum autem, qui est eodem spatio quo choreus, cordacem appellat.*“ Quare inserendum putavi vocab. *trochaeus* post *choreo*: aliter ac Rufinus qui ita exhibet verba: (pag. 2721.) *aut par est choreo qui habet tres breves trochaeus sed spacio par non syllabis.* — Nam choreus, si eo finitur clausula, par est spondeo et spatio et syllabis. nunquam enim interest, uter sit eorum in pede extremo. — *aut par choreo qui habet tres breves sed.* Sic codd. et edd. pleraeque. — *aut par choreus qui* Man. — *aut par trochaeus qui h.* Steph. L. Camer. Schir. Sch. Or. — *aut trochaeus qui* om. *par* Gryph. 1.

non syllabis] *in syllabis* Dr.

si est proximus] *si est enim prox.* Dr.

iidem hi tres] om. *hi* Ruf. — *iidem tres pedes male concluduntur, si quis* Ruf. ap. Pith. p. 317. — Intell. iambum, trochaeum, dactylum.

nisi cum] om. *cum* Ruf.

est dactylus] *est et dact.* Ven. 2. Tul.

ne in versu quidem] Quinct. IX, 4, 93. „*Clausula quoque e longis firmissima est: sed cludent etiam breves, quamvis habeatur indifferens ultima. neque enim ego ignoro, in fine pro longa accipi brevem, quod videtur aliquid vacanti tempori ex eo quod insequitur accedere: aures tamen consulens meas intelligo multum referre, verene longa sit quae cludit an pro longa. Neque enim tam plenum est Dicere incipientem timere quam illud Ausus est confiteri.*“

218. *etiam paeana qui*] *et paeana* Ven. 1. Med. — *in peana* Vit. — *quem dixit* mg. Tul.

aptiorem] *arctiorem* Ruf.

vidit] *videt* Ruf. Ju. 1. 2.

postrema quam longa] Vit. (sic) ceteriq. codd. edd. — *nihil ad rem est, postrema brevis an longa sit* Ruf. L. — *postrema an longa sit* Ern. Sch. Or.

iam paean] *paeana* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul.

plures habeat] *habet* Dr. Rufin. bis.

non pes habetur. Est quidem, ut inter omnes constat
antiquos, Aristotelem, Theophrastum, Theodectem,
Ephorum, unus aptissimus orationi vel orienti vel
mediae; putant illi etiam cadenti, quo loco mihi videtur
aptior creticus. Dochmius autem e quinque syllabis,
brevi, duabus longis, brevi, longa ut est hoc, *Amicos
tenes* quovis loco aptus est, dum semel ponatur: itera-
tus aut continuatus numerum apertum et nimis insi-
65 gnem facit. His igitur tot commutationibus tamque va-
219 riis si utemur, nec deprehendetur manifesto, quid a
nobis de industria fiat, et occurretur satietati. Et quia
non numero solum numerosa oratio, sed et composi-
tione fit et genere (quod ante dictum est) concinnitatis:
compositione potest intelligi, cum ita structa verba
sunt, ut numerus non quaesitus, sed ipse secutus esse
videatur, ut apud Crassum: *Nam ubi lubido domina-*

---

pes habetur] *pes existimatur* Ruf. — *pes nominatur* Ruf. p. 2724.
est quidem] *et quidem* Dr.
Theodectem] *theodotum* Vit. — *theodoctum* Dr.
putant illi] om. *illi* Ruf.
dochmius] *dochimus autem est e* Vit. — *dochimius* Dr. Ven. 1. Med. v. Spald. ad Quinct. IX, 4, 79. p. 588. — *dochmius autem e q. syllabis brevi et duabus longis, brevi et longa, hoc est amicos tenes* (*tenens* ap. Pith.)
numerum apertum] *aptum* Ven. 2. Tul. — *dochmium aptum dicit quovis loco esse, dum semel ponatur: quoniam continuitas numerum asperum efficiat.* Ruf.
nimis insignem] *minus ins.* Dr.

Cap. 65. 219. *et quia non numero*] *et quia non numerosa oratio sed et compositione et genere* Dr. — *et quia nunc numerosa oratio sed et c. f. et g.* Ven. 1. 2. — *et quia non numero oratio sed et comp.* Tul. — *et quia non numero oratio sed compositione fit et genere: quod dictum est concinnitatis compositione potest intelligi: quam ita* Med.
quod ante] *quod aut* Dr. Ven. 1. 2. Tul. — *quod ut* Vit.
compositione] *compositio* L.
cum ita] *quam ita* Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. — *ut ita* Vit.
nam ubi] *non ubi* Dr. — *libido* Crat. Ald. 2. Quinct. IX, 4, 109. „*Et quidem* (*non quidem* Spald.) *optime est sibi iunctus anapaestus, ut qui sit pentametri finis vel rythmus qui nomen ab eo traxit: nam ubi libido dominatur, innocentiae leve praesidium est. nam synaloephe facit, ut duae ultimae syllabae pro una sonent. Melior fiet praecedente spondeo vel baechio: ut si mutes idem, leve innocentiae praesidium est.*“

tur, innocentiae leve praesidium est. Ordo enim verborum efficit numerum sine ulla aperta oratoris industria. Itaque si quae veteres illi (Herodotum dico et Thucydidem totamque eam aetatem) apte numeroseque dixerunt, ea non numero quaesito, sed verborum col-
locatione ceciderunt. Formae vero quaedam sunt ora- 220
tionis, in quibus ea concinnitas inest, ut sequatur numerus necessario. Nam cum aut par pari refertur, aut contrarium contrario opponitur, aut quae similiter cadunt verba verbis comparantur: quidquid ita concluditur, plerumque fit ut numerose cadat. Quo de genere cum exemplis supra diximus, ut haec quoque copia facultatem afferat, non semper eodem modo desinendi. Nec tamen haec ita sunt arta et astricta, ut ea, cum velimus, laxare nequeamus. Multum interest, utrum numerosa sit, id est, similis numerorum, an plane e numeris constet oratio. Alterum si fit, intolerabile vitium est; alterum nisi fit, dissipata et inculta et fluens est oratio.

Sed quoniam non modo non frequenter, verum 26
etiam raro in veris causis aut forensibus circumscripte 221
numeroseque dicendum est, sequi videtur, ut videamus

---

oratoris] *orationis* Dr.
si quae] *si qua* L.
Thucydidem] *Tucydiden* Dr.
eam aetatem] *illum aetatem* L.
ea non numero] *et ea non n.* Vit. — *ea si non n.* Ven. 1. 2. Med. Tul.
220. *inest*] *est* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul.
refertur] om. Dr.
quidquid ita] *quid quod ita* Dr. Med. Tul.
plerumque fit, ut] *plerumque sic ut* Vit. Dr. Ven. 1. Med. Tul. — *plerumque sicut, ut* Ven. 2.
cum exemplis] *cum de exemplis* Ven. 1. 2. Tul.
afferat] *asserat* Ven. 2.
arta et astricta] Vit. *arcta et adstricta* Ceteri.
alterum si fit] *alterum fit. intolerabile vitum est. alter nisi fit.* Dr. — *alterum si sit — alterum nisi sit* Ven. 1. 2. Tul. Crat. — *alterum si fit, — alterum nisi sit* Ald. 1. Ju. 1. 2.
fluens] *affluens* Ven. 1. 2. — *diffluens* Med. Tul. Ald. 2. cf. Ern. Lex. Rh. v. *fluere.*
Cap. 66. 221. *aut forensibus*] *et forensibus* Sch. 2.

quae sint illa quae supra dixi incisa, quae membra. Haec enim in veris causis maximam partem orationis obtinent. Constat enim ille ambitus et plena comprehensio e quatuor fere partibus, quae membra dicimus, ut et aures impleat et ne brevior sit quam satis sit neque longior. Quanquam utrumque nonnunquam vel potius saepe accidit, ut aut citius insistendum sit aut longius procedendum, ne brevitas defrudasse aures videatur neu longitudo obtudisse. Sed habeo mediocritatis rationem; nec enim loquor de versu, et est libe-
222 rior aliquanto oratio. E quatuor igitur, quasi hexametrorum instar versuum quod sit, constat fere plena comprehensio. His igitur singulis versibus quasi nodi apparent continuationis, quos in ambitu coniungimus. Sin membratim volumus dicere, insistimus, idque cum opus est, ab isto cursu invidioso facile nos et saepe disiungimus. Sed nihil tam debet esse numerosum quam hoc, quod minime apparet et valet plurimum. Ex hoc genere illud est Crassi: *Missos faciant patronos, ipsi prodeant.* Nisi intervallo dixisset, — *ipsi pro-*

---

incisa, quae] *incisaque* Ven. 1. 2.
in veris causis] *in causis veris* Ven. 1. 2. Med. Tul.
comprehensio e quatuor] *c. et quatuor* Dr. — *comprehensio fere est quatuor partibus* Med. — *c. e fere quatuor p.* Ven. 1. 2. — *c. fere ex quattuor p.* Tul. — *comprensio* Vit. (et sic 4.)
et ne] *et neve* Vit. Dr. Vict. Malim: *et nec brevior sit.*
neque longior] *neve longior* mg. 1584. Sch. Or.
aut longius] *ut long.* Dr.
defrudasse] Dr. *defraudasse* Ceteri.
neu longitudo] Vit. *neve* Ceteri.
hexametrorum] *extrametrorum* Ven. 1. 2. Quinct. IX, 4, 125. „*Habet periodus membra mimimum duo. Medius numerus videtur quatuor, sed recipit frequentur et plura. Modus ei a Cicerone aut quatuor senariis versibus aut ipsius spiritus modo terminatus.*"
222. *instar versuum*] *instat* Ven. 2. — *versum* Dr.
quod sit] *quae sint* L. suspic.
his igitur singulis] *his in singulis* L.
quos in] *quod in* Dr.
volumus] *nolumus* L.
insistimus] v. Ern. Lex. Rh. h. v. — *incidimus. Itaque quum opus est* Sch. susp.
disiungimus] *diiungimus* Dr. Ven. 1. Med. Vict. Man.
illud est] *illud et* Dr.
dixisset] *dixisses* Grut. errore typograph.

deant, — sensisset profecto se fudisse senarium. Omnino melius caderet, *prodeant ipsi.* Sed de genere nunc disputo. *Cur clandestinis consiliis nos oppugnant?* 223 *cur de perfugis nostris copias comparat is contra nos?* Prima sunt illa duo, quae *κόμματα* Graeci vocant, nos incisa dicimus: deinde tertium, *κῶλον* illi, nos membrum. Sequitur non longa, ex duobus enim versibus, id est, membris perfecta comprehensio est et in spondeos cadit: et Crassus quidem sic plerumque dicebat, idque ipse genus [dicendi] maxime probo. Sed quae

---

profecto se fudisse] Sic Vit. — *profectos effugisse* Ven. 1. — *profectos non effugisse* Ven. 2. — *profecio effugisse* Dr. Ald. 1. Ju. Vict. Steph. Grut. Ern. Or. — *profecto non effugisse* Tul. Cr. — *profecto effluxisse* L. Ald. 2. — *excidisse* vel *se effudisse* mg. 1584. — *sensisset profecto senarium* Med.

223. *perfugis*] *perfugiis* Dr. Med.

comparat is contra nos] Secutus sum auctoritatem Quinctiliani, qui hanc lectionem confirmat maximopere. IX, 4, 101. „*Duo spondei non fere iungi patiuntur, (quae in versu quoque notabilis clausula est) nisi cum id fieri potest ex tribus quasi membris: Cur de perfugis nostris copias comparat is contra nos? una syllaba, duabus, una.*" — Ceteri legunt omnes *comparant contra nos,* item Rufinus p. 2718. Ceterum multum dubitarunt de toto hoc loco editores: excidisse membrum aliquod post illa: *cur clandestinis consiliis nos oppugnant?* opinatus est Schützius, Le Clercque vero post ista: *Sed de genere nunc disputo.* — Locus est integer. *Prima sunt illa duo*, nempe *missos faciunt patronos, ipsi prodeant.* duo sunt *κόμματα. Deinde tertium, κῶλον;* nempe *cur clandestinis consiliis nos oppugnant?* Est autem *κῶλον* maius aliquanto quam *κόμμα*: solebant enim verba ponderare artifices, ita ut tria quatuorve *κόμμα* efficerent: quinque vero *κῶλον.* oratio autem quae plura continebat vocabula, comprehensio dicebatur. *Sequitur non longa comprehensio,* nempe *cur de perfugis nostris copias comparat is contra nos?* ex duobus autem membris haec constant et ita fortasse debent dividi: *cur de perfugis nostris copias comparat*
is contra nos?

Prima sunt] *sunt illa duo prima quae κόμματα graeci vocant* Ruf.

κόμματα] *commata* Tul.

deinde] *dein* Dr.

κῶλον] *colon* Tul.

sequitur non longa;] *sequitur non longa (ex duobus enim versibus i. membris perfecta) comprehensio et in spondeos cadit.* Rufin. — *sequitur non longa (ex duobus enim versibus id est membris perfecta est) comprehensio et in spondeos cadit.* Lamb. — *sequitur enim comprehensio non longa (ex duobus enim versibus, id est, membris perfecta est) et in spond. c.* Sch. 2.

dicendi] Delevi auctoritate Vit. Ceteri id tuentur. — *idque ipsum genus dicendi* Rufin. cf. §. 106.

67 incisim aut membratim efferuntur, ea vel aptissime cadere debent, ut est apud me: *Domus tibi deerat:*
224 *at habebas. Pecunia superabat: at egebas.* Haec incise dicta sunt quatuor. At membratim quae sequuntur duo: *Incurristi amens in columnas: in alienos insanus insanisti.* Deinde omnia tanquam crepidine quadam comprehensione longiore sustinentur: *Depressam, caecam, iacentem domum pluris quam te et quam fortunas tuas aestimasti.* Dichoreo finitur. At dispondeo proximum illud. Nam in iis, quibus ut pugiunculis uti oportet, brevitas facit ipsa liberiores pedes. Saepe enim singulis utendum est, plerumque binis, et utrisque addi pedis pars potest, non fere ternis amplius.
225 Incisim autem et membratim tractata oratio in veris

Cap. 67. *efferuntur*] *efferunt* Ruf. — *offerunt* Ruf. ap. Pith. p. 317.

domus tibi] Quinct. IX, 4, 122. „*Incisum erit sensus non expleto numero conclusus: plerisque pars membri. Tale est enim quo Cicero utitur domus tibi deerat*" etc. V. eund. IX, 2, 15. Aquila Rom. p. 167. *Domus deerat? At habebas. Pecunia superabat? At egebas.* „Haec quidem quare orationi pro M. Scauro tribuantur (ut fecerunt ii qui fragmenta Ciceronis collegerunt) nondum comperi." Sic Spalding. ad Quinct. IX, 2, 15.

superabat] *superabit* Dr.

224. *haec incise*] *incisa* Med. Tul. Aldd. Ju.

in alienos] *in alienos insanos insanisti* Ern. Lex. Rh. v. *membrum.* — *in antis aeneis insanis insanisti* Sch. — *in aliena* Burchardi. — *in alienis* vel *in alieno* Beier ad Cic. p. Scaur. p. 214.

tanquam crepidine] v. Victor. V. L. XVIII, 9.

deinde omnia] *omnis tanquam e. q. comprehensio longior sustinetur* L.

caecam] *depressam etiam iacentem d.* Vit.

et quam] om. *quam* Vit.

aestimasti] *extimasti* Vit. — *exstimasti* Dr.

finitur] *et dich. finitur* L. — *dichoreio finitus* Dr. — *dichoreo finitus* Ruf.

at dispondeo] Steph. L. ac recentt. — *at spondeus proximum* Vit. Dr. Ven. 1. Tul. Med. Aldd. Ju. Vict. Man. — *at spondeus maximum* Ven. 2. — *at spondeis proximum* Ruf. — *at dispondeus proximum* Crat.

in iis] *in his* Vit. Ven. 1. 2. Med. Tul. — *in illis* Sch.

quibus ut pugiunculis] *quasi et pungiunculis* Ven. 1. — *pungiunculis* Vit. Dr. Aldd. Ju. 1. Vict. — *quibus ut propugnaculis* Ven. 2. Tul.

facit] *faciet* Ruf.

et utrisque] *utriusque* Vit. Dr. Med. Tul. Ju. 2. — *ut utrisque addi pars pedis potest* Ruf. — om. *pedis* Dr.

non fere] *non fore* Vit.

225. *tractata*] *tracta* Vit. Ern.

causis plurimum valet, maximeque his locis cum aut arguas aut refellas, ut nostra in Corneliana secunda. *O callidos homines, o rem excogitatam, o ingenia metuenda!* Membratim adhuc, deinde caesim: *Diximus*, rursus membratim, *Testes dare volumus*. Extrema sequitur comprehensio, sed ex duobus membris, qua non potest esse brevior: *Quem quaeso nostrum fefellit, id vos ita esse facturos?* Nec ullum genus est dicendi 226 aut melius aut fortius quam binis aut ternis ferire verbis, nonnunquam singulis, paulo alias pluribus, inter quae variis clausulis interponit se raro numerosa comprehensio. Quam perverse fugiens Hegesias, dum ille quoque imitari Lysiam vult, alterum paene Demosthenem, saltat incidens particulas. Et is quidem non minus sententiis peccat quam verbis, ut non quaerat, quem appellet ineptum, qui illum cognoverit. Sed ego illa

---

his locis] *iis l.* Ruf.

ut nostra] *ut nos* Ruf.

o callidos] Quinct. IX, 4, 123. „*Membrum autem est sensus numeris conclusus, sed a toto corpore abruptus et per se nihil efficiens. Id enim O callidos homines perfectum est, sed remotum a ceteris vim non habet: ut per se manus et pes et caput, et O rem excogitatam. caesim. Diximus.*" — Sic esse distinguendum Quinctilianus docet (IX, 4, 122.): *Fiunt autem etiam singulis verbis incisa Diximus. testes dare volumus. incisum est diximus. — caesim. rursus membratim. Diximus. testes d. v.* L. — *deinde caesim diximus. rursus membratim.* Sic edd. pleraeque.

volumus] *voluimus* Diomed. L. 2. Put.

qua non] *quia non* Ven. 2. Tul. Ald. 2. Ju. 2. Cr.

quaeso] *quasi* Vit. Dr. Ven. 1. Med. Ven. 2. Tul. Vict. Aldd.

id vos ita esse] Sic Quinct. IX, 4, 123. — „*quando ergo incipit corpus esse? cum venit extrema conclusio: Quem, quaeso, nostrum fefellit, id vos ita esse facturos? quam Cicero brevissimam putat.*" Diom. l. l. — *id ita vos esse f.* — *ita vos esse f.* om. *id* libri Cic. — *nos esse* Dr. Ven. 1. Med.

226. *quam binis*] L. Ern. Or. — om. *quam* Ceteri.

ferire verbis] *fere verbis* Ven. 1. — *finire verbis* Ven. 2. Crat. — *versibus* al. ap. Ern.

inter quae] Ven. 2. L. Tul. Ern. Or. ac Rufin. — *inter quas* Ceteri. Intelligo inter quae incisa.

interponit se] *se interp.* Ruf.

Hegesias] *Egesias.* Dr. Med. Vict. v. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 26. Inf. c. 69. Brut. c. 83.

et is quidem] *et iis q.* Dr. Vict.

cognoverit] *cognorit* mg. 1578.

Crassi et nostra posui, ut qui vellet auribus ipsis, quid numerorum etiam in minimis particulis orationis esset, iudicaret. Et quoniam plura de numerosa oratione diximus quam quisquam ante nos, nunc de eius generis utilitate dicemus.

68 Nihil enim est aliud, Brute, (quod quidem tu mi-
227 nime omnium ignoras) pulcre et oratorie dicere nisi optimis sententiis verbisque lectissimis dicere. Et nec sententia ulla est, quae fructum oratori ferat, nisi apte exposita atque absolute, nec verborum lumen apparet nisi diligenter collocatorum, et horum utrumque numerus illustrat. Numerus autem (saepe enim hoc testandum) est non modo non poëtice iunctus, verum etiam fugiens illum, eique omnium dissimillimus: non quin iidem sint numeri non modo oratorum et poëtarum verum omnino loquentium, denique etiam sonantium omnium, quae metiri auribus possumus, sed ordo pedum facit, ut id quod pronuntiatur aut oratio-
228 nis aut poëmatis simile videatur. Hanc igitur, sive compositionem sive perfectionem sive numerum vocari placet, adhibere necesse est, si ornate velis dicere, non solum (quod ait Aristoteles et Theophrastus) ne infinite feratur ut flumen oratio, quae non aut spiritu pronuntiantis aut interductu librarii sed

---

vellet, auribus] *velet* Dr. — *vellet a viribus ipsis* Vit.

Cap. 68. 227. *lectissimis*] Vit. Cr. L. Man. Ern. Or. — *lectissime* Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. Aldd. Ju. Grut.

ulla est] om. *ulla* Ven. 2. Tul.

illustrat] *illustret* Ven. 2. Tul.

testandum) *est non*] Sic distinxi parentheseos posito signo post vocab. *testandum*, Ceteri post *testandum est* interpunxeruut. — *testandum est non poetice* om. *non modo* Vit.

iidem] *idem* Dr. Tul.

loquentium] *loquentum* Ven. 1. Med.

denique etiam] *enim* Dr.

228. *igitur sive*] om. *sive* Dr. Tul.

placet, adhibere] L. Sch. Or. — *placet et adhibere* Ceteri.

interductu librarii] *interpunctu* mg. 1584. *librari* Vit. cf. Aristot. Rhet. III, 7. *Τὸ δὲ σχῆμα τῆς λέξεως δεῖ μήτε ἔμμετρον εἶναι μήτε ἄῤῥυθμον. τὸ μὲν γὰρ ἀπίθανον πεπλάσθαι γὰρ δοκεῖ καὶ ἅμα καὶ ἐξέστη· προςέχειν γὰρ ποιεῖ τῷ ὁμοίῳ πότε πάλιν ἥξει. τὸ δὲ ἄῤῥυθμον ἀπέραντον. δεῖ δὲ πεπεράνθαι μὲν, μὴ μέτρῳ δέ· ἀηδὲς γὰρ καὶ ἄγνωστον τὸ ἄπειρον, περαίνεται δὲ ἀριθμῷ πάντα.* ibid. c. 8. *ἕτερος (παιὰν) δ' ἐξ ἐναντίας, οὗ βραχεῖαι ἄρχουσι τρεῖς ἡ δὲ μακρὰ τελευταία. οὕτως*

numero coacta debet insistere, verum etiam quod multo maiorem habent apta vim quam soluta. Ut enim athletas nec multo secus gladiatores videmus nihil nec vitando facere caute nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palaestram quandam, ut, quidquid in his rebus fiat utiliter ad pugnam, idem ad aspectum etiam sit venustum: sic oratio nec plagam gravem facit, nisi petitio fuit apta, nec satis tute declinat impetum, nisi etiam in cedendo, quid deceat, intelligit.
Itaque qualis eorum motus quos *ἀπαλαίστρους* Graeci 229
vocant, talis horum mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris sententias, tantumque abest, ne, quod ii, qui hoc aut magistrorum inopia aut ingenii tarditate aut laboris fuga non sunt assecuti, solent dicere, enervetur oratio compositione verborum, ut aliter in ea nec impetus ullus nec vis esse possit. Sed magnam exer- 69
citationem res flagitat, ne quid eorum, qui genus hoc secuti non tenuerunt, simile faciamus, ne aut verba

---

δὲ τελευτὴν ποιεῖ. ἡ γὰρ βραχεῖα διὰ τὸ ἀτελὴς εἶναι ποιεῖ κολοβόν· ἀλλὰ δεῖ τῇ μακρᾷ ἀποκόπτεσθαι καὶ δήλην εἶναι τὴν τελευτὴν μὴ διὰ τὸν γράφοντα μηδὲ διὰ τὴν παραγραφὴν ἀλλὰ διὰ τὸν ῥυθμόν.

habent apta vim] *maiorem vim habent apta* Vit.

ut enim] om. *enim* Vit. — *atheletas* Dr.

idem ad] *id ad* Ven. 2. Tul. — *id est ad aspectum* Vit.

etiam sit] *fit* Ven. 1.

fuit apta] *fiat apta* Vit. Ven. 2. Tul. — *fuerit apta* Aldd. Cr. Vict. Man.

nec satis tute] Vit. — *nec satis recte* Med. Tul. Cr. Ju. Or. — *tecte* Aldd. Vict. Man. L. Gryph. 1. — *tecti declinant* Dr. — *tecti* Ven. 1. — *tecta* Ven. 2. conf. ad Herenn. III, 7. — „*ordine dicemus, ut quid, quamque tute cauteque egerit, intelligatur.*“

intelligit] *intelligat* Vit.

229. *ἀπαλαίστρους*] Steph. Lex. Cic. G. L. Gryph. 2. Sch. Or. — *apalaestros* Dr. Ven. 2. Tul. — *apalestro* Vit. — *ἀπαλαίστους* Ceteri ac Spald. ad Quinct. IX, 4, 56. — *ἀπάλαιστος* Ven. 1.

sententias] *sententiam* mg. 1578.

tantumque abest ut] Sic Ern. Sch. Or. Ceteri *tantumque abest ne*, probante Schuppio Untersuchung über die latein. Bindeformel non modo non — sed ne quidem. p. 43. Hanau 1825. — *tantumque abne* Dr.

ii qui] *hi* Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul.

ut aliter] *aut aliter* Vit.

Cap. 69. *ne aut verba*] *aut* pendet. Dicere voluit uno deinceps tenore: *ne aut verba traiiciamus aperte, aut numero servientes inania inculcemus verba, aut concidamus numeros, aut in eodem semper ver-*

traiiciamus aperte, quo melius aut cadat aut volvatur
230 oratio. Quod se L. Coelius Antipater in prooemio belli Punici nisi necessario facturum negat. O virum simplicem, qui nos nihil celet: sapientem, qui serviendum necessitati putet! Sed hic omnino rudis. Nobis autem in scribendo atque in dicendo necessitatis excusatio non probatur. Nihil est enim necesse, et si quid esset, id necesse tamen non erat confiteri. Et hic quidem, qui hanc a Laelio, ad quem scripsit, cui se purgat, veniam petit, et utitur ea traiectione verborum et nihilo tamen aptius explet concluditque sententias. Apud alios autem et Asiaticos maxime numero servientes inculcata reperias inania quaedam verba quasi complementa numerorum. Sunt etiam qui illo vitio, quod ab Hegesia maxime fluxit, infringendis concidendisque numeris in quoddam genus abiectum incidant Siculorum simillimum.
231 Tertium est, in quo fuerunt fratres illi Asiaticorum rhetorum principes Hierocles et Menecles minime mea sententia contemnendi. Etsi enim a forma veritatis et ab Atticorum regula absunt, tamen hoc vitium compensant vel facultate vel copia. Sed apud eos varietas non erat, quod omnia fere concludebantur uno modo. Quae vitia qui fugerit, ut neque verbum ita traiiciat,

---

semur numerorum genere. — *fac ut verba* L. Man. — *ut ne verba* Sch. *neve verba* Gulielm.

traiiciamus] *traiciamus* Vit.

230. *nihil celet*] L. Ern. Sch. Or. — *celat* Ceteri.

nobis autem] om. *autem* Ven. 2.

probatur] *putatur* Ven. 2.

nihil est enim] om. *est* Dr.

ad quem scripsit] *scribit* Ern. suspic. — suspect. Sch. 1.

nihilo] *nihil* Vit.

reperias] *reperies* mg. 1584.

illo vitio] om. *vitio* Vit.

Siculorum] *Sic. similium* Vit. — *ficulorum* Tul.

231. *tertium est*] *quartum est* Sch.

Hierocles] *hierodes et menocles* Vit. Ven. 1. 2. Tul. Cic. de Orat. II, 23. „*Quae si volemus usque ad hoc tempus persequi, intelligemus, ut hodie Alabandensem illum Meneclem et eius fratrem Hieroclem, quos ego audivi, tota imitetur Asia.*"

mea sententia] *mea quidem sent.* mg. 1578.

forma veritatis] *varietatis* Dr.

varietas] *veritas* Dr.

verbum ita traii.] om. *verbum* Ven. 2. — *traiciat* Vit.

ut id de industria factum intelligatur, neque inferciens verba quasi rimas expleat, nec minutos numeros sequens concidat delumbetque sententias, nec sine ulla commutatione in eodem semper versetur genere numerorum: is omnia fere vitia vitaverit. Nam de laudibus multa diximus, quibus sunt alia perspicue vitia contraria. Quantum autem sit apta dicere, experiri licet, si 70
aut compositi oratoris bene structam collocationem dis- 232
solvas permutatione verborum. Corrumpitur enim tota res, ut et haec nostra in Corneliana et deinceps omnia: *Neque me divitiae movent, quibus omnes Africanos et Laelios multi venalitii mercatoresque superarunt.*

---

inferciens] *infarciens* Ven. 2. Tul.

sine ulla commut.] *sine nulla* c. mg. Tul. — om. *ulla* Vit.

perspicue] Vit. Dr. Gu. 3. Ven. 1. 2. Vict. Grut. — *perspicua* Med. Ald. Ju. Crat. L. Ern. Or.

Cap. 70. 232. *compositi oratoris*] *compositio oratoris* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul.

collocationem] *collationem* Vit.

dissolvas] *dissolvat* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. Cum autem Cicero dicit *si aut - dissolvas*, *aut* pendet. ita enim continuare voluit orationem: *si aut compositi oratoris bene structam collocationem dissolvas permutatione verborum, aut si alicuius inconditi dissipatam sententiam in quadrum redigas, ordine verborum paulum commutato.* Prius autem membrum postquam enuntiaverat Cicero, adiungit statim exempla, quorum longior expositio vetat, ne secundum deinde membrum in eadem constructione verborum proferat. Ergo exemplis laudatis incipit rursus eandem sententiam repetito membro priore. *Vides ne ut - ad nihilum omnia recidant, cum sint ex aptis dissoluta, aut si alicuius inconditi dissipatam sententiam in quadrum redigas, efficiatur aptum illud.* — *efficiatur* pendet a *videsne ut.* Durissime autem Ern. haec verba construit, quasi illa *aut si alicuius inconditi* etc. revera ex mente scriptoris alterum membrum essent ad haec *experiri licet, si aut compositi oratoris* etc., ita ut intermedia omnia in parenthesi essent includenda.

corrumpitur] Sic recepi e Vit. — *corrumpetur* Steph. L. Med. Tul. — *corrumpatur* Ceteri.

ut et haec] om. *et* Gu. 3. Man. Sch. 2. — *ut et haec nostra Corneliana* Vet.

Africanos] *omneis Aphricanos* Ven. 1.

venalitii] v. Nonius h. v. et Quinct. IX, 4, 14. „*Denique quod cuique visum erit vehementer, dulciter, specioseque dictum, solvat et turbet: abierit omnis vis, iucunditas, decor. Solvit quaedam sua in Oratore Cicero, Neque me divitiae movent, quibus omnes Africanos et Laelios multi venalitii mercatoresque superarunt, et insequentes deinceps periodos: quas si ad illum modum turbes, velut fracta aut transversa tela proieceris. Idem corrigit, quae a Graccho composita durius putat.*" — *venaliciarii* Patricius in fragm. huius orat. Lamb. in notis. improb. Lips. Var. Lectt. III, 26.

Immuta paululum, ut sit, *multi superarunt mercatores venalitiique*, perierit tota res. Et quae sequuntur: *Neque vestis aut caelatum aurum et argentum, quo nostros veteres Marcellos Maximosque multi eunuchi e Syria Aegyptoque vicerunt.* Verba permuta sic, ut sit, *Vicerunt eunuchi e Syria Aegyptoque.* Adde tertium: *Neque vero ornamenta ista villarum, quibus L. Paulum et L. Mummium, qui rebus his urbem Italiamque omnem referserunt, ab aliquo video perfacile Deliaco aut Syro potuisse superari.* Fac ita,
233 *potuisse superari ab aliquo Syro aut Deliaco.* Videsne, ut [ordine verborum paulum commutato] iisdem verbis stante sententia ad nihilum omnia recidant, cum sint ex aptis dissoluta, aut si alicuius inconditi arripias dissipatam aliquam sententiam eamque ordine verborum paulum commutato in quadrum redigas, efficiatur aptum illud, quod fuerit antea diffluens ac solutum. Age sume de Gracchi apud censores illud: *Abesse non potest, quin eiusdem hominis sit, probos improbare, qui improbos probet.* Quanto aptius, si ita dixisset, *quin eiusdem*

---

paululum] Vit. Gu. 8. *paulum* Ceteri.
ut sit] *ut sic* Med.
tota res] om. *res* Vit.
Maximosque] *maximosque* Ven. 1. Vict.
vicerunt. Verba] *vicerunt. Adde tertium* om. cett. Ven. 1.
e Syria] *a Syria egyptoq.* ut mox *a Syria* Vit.
neque vero] om. *vero* Man. — *neque vero movent me ornamenta* Ald. 2.
Mummium] *Mumium* Vit. Ven. 1. Vict.
qui rebus his] *qui eis rebus urbem Italiamque referserunt* Prisci. X. p. 508. Kr.
fac ita] *fac etiam* Steph.
233. [*ordine - commutato*] del. Sch. Or. — mox enim iterantur aptius.
iisdem verbis] *iisdem tamen v.* Steph. L.
dissipatam aliquam] *dissipatam aliquam licet sententiam* Dr. — *aliquam sententiam licet* Vit. Ven. 1. 2. Tul. — om. *aliquam* Ven. 2.
in quadrum] *in quadrarium* Steph. — *in quadram* Vit.
quod fuerit] *fuerat* Steph. L. Gryph. 1. Sch.
diffluens ac] *defluens* Med. Ven. 2. Tul. Ju. Ald. 1. — *diffluens et sol.* Dr.
age, sume] *summe* Med. Ald. 1. Ju. 1. — *sume de Gracchi oratione apud* Dr. — *age sume Gracchi — illud* om. *de* Gryph. 2.

hominis sit, qui improbos probet, probos improbare?
Hoc modo dicere nemo unquam noluit, nemoque po- 234
tuit quin dixerit. Qui autem aliter dixerunt, hoc
assequi non potuerunt. Ita facti sunt repente Attici:
quasi vero Trallianus fuerit Demosthenes, cuius non
tam vibrarent fulmina illa, nisi numeris contorta fer-
rentur. Sed si quos magis delectant soluta, sequantur 71
ea sane, modo sic, ut, qui Phidiae clypeum dissolverit,
collocationis universam speciem sustulerit, non singu-
lorum operum venustatem; ut in Thucydide orbem
modo orationis desidero, ornamenta comparent. Isti 235
autem cum dissolvunt orationem, in qua nec res nec
verbum ullum est nisi abiectum, non clypeum sed ut
in proverbio est (etsi humilius dictum est) [tamen si-

---

234. *noluit*] *voluit* Ven. 1. Aldd. Ju. L. — *nemo unquam voluit, nemoque potuit qui dixerit.* Med.

non tam vibrarent] v. Rufin. p. 2722. Quinct. IX, 4, 55. — „*neque enim Demosthenis fulmina tantopere vibratura dicit, nisi numeris contorta ferrentur.*" De voce *contorta* v. Ern. Lex. Rh. h. v.

Cap. 71. *Sed si quos*] *sed si quae* Vet.

modo sic ut qui] Sic dedi, mutato *quis* in *qui*. Intelligo *modo sic ut is, qui - dissolverit, collocationis universam speciem sustulerit.* — *sequantur ea sane modo sic ut quis* Palatt. 2. Grut. Ern. — *sequantur ea. sane modo si quis* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. Aldd. Cr. Vict. Junt. — *sequantur ea sane, modo sic, ut si quis* Man. Sch. 2. Le Clercq. Or. — *Sed si quem magis delectant soluta, sequatur* (sic Gu. 2. 3.) *ea sane, modo sic ut si quis* Sch. 1. — *sed si quem - sequatur ea sane: modo sicut quis* Heusing. ad Cic. Off. III, 17, 3. p. 695. Beier eod. l. — *sequantur ea sane, modo cetera laudare possim: ut si quis* L. — *Sed si quos magis soluta delectant, sequantur eo sane modo, quo si quis Phidiae clypeum dissolverit, collocationis universam speciem sustulerit, non singulorum operum venustatem*: B. Martini Var. Lectt. II, 28. collato loco Aristot. *περὶ κόσμου* ad Alex. Tom. I. p. 513. ed. Reg. Paris. *φασὶ δὲ καὶ τὸν ἀγαλματοποιὸν Φειδίαν κατασκευαζόμενον τὴν ἐν ἀκροπόλει Ἀθηνᾶν ἐν μέσῃ τῇ ταύτης ἀσπίδι τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον ἐντυπώσασθαι, καὶ συνδῆσαι τῷ ἀγάλματι διά τινος ἀφανοῦς δημιουργίας, ὥςτε ἐξ ἀνάγκης εἴτις βούλοιτο αὐτὸ περιαιρεῖν, τὸ σύμπαν ἄγαλμα λύειν τε καὶ συγχεῖν. τοῦτον οὖν τὸν λόγον ἔχει ὁ θεὸς ἐν κόσμῳ, συνέχων τὴν τῶν ὅλων ἁρμονίαν τε καὶ σωτηρίαν* etc.

dissolverit] *dissolverint* Ven. 2

singulorum] *singularum* Ven. 2. Tul.

comparent] *comparant* Vet.

dictum est] *humilius factum est* Vit.

tamen simile est] Interpolata puto eaque delevi ex auctoritate Palatt. 1. 2. atque Nonii qui sub v. *Scopae* sic nostra laudat verba: *etsi humilius dictum est, scopas, ut ita dicam, mihi videntur dissi-*

mile est] scopas, ut ita dicam, mihi videntur dissolvere. Atque ut plane genus hoc, quod ego laudo, contemsisse videantur, aut scribant aliquid vel Isocrateo more vel quo Aeschines aut Demosthenes utitur; tum illos existimabo non desperatione formidavisse genus hoc, sed iudicio refugisse: aut reperiant ipsa eadem conditione qui uti velit, ut aut dicat aut scribat utra voles lingua eo genere, quo illi volunt. Facilius est enim apta dis-
236 solvere quam dissipata connectere. Res autem sic se habet (ut brevissime dicam quod sentio): composite et apte sine sententiis dicere insania est, sententiose autem sine verborum et ordine et modo infantia; sed eiusmodi tamen infantia, ut ea qui utantur, non stulti homines haberi possint, etiam plerumque prudentes:

---

pare. — *tamen consimile est* Med. Aldd. Ju. Cr. L. Ern. Or. — om. *est* ante *consimile* et post hanc vocem Sch.

ut ita dicam] *ut dicam ita* Vit. — om. haec verba Ern. Sch.

dissolvere] *dissipare* Nonius ap. Perotti et ed. Venet. 1496. et Paris. 1511.

aut scribant] *ut scribant* Vit.

Isocrateo more] *Socrateo* Ven. 2. — *isocratico more* Vit. — *Isocratis more* Vet. — *modo* Ven. 1. Med. conf. c. 61: *placet omnia dici Isocrateo Theopompeoque more* Epist. ad Famil. 1, 9, 67. *et Aristoteleum et Isocrateam rationem oratoriam complectuntur.* Variat saepissime lectio inter hanc vel istam formam. Nam in aliis huiusmodi adiectivis ambae valent formae et diversa quidem mente, ut *Isocrateus* et *Isocraticus* eodem modo differunt quo *πάτριος* et *πατρικὸς*: in aliis vero una alterave forma sola invenitur, utramque habens vim, et eam, quam adiectivo in *eus* proprie tribuimus, et hanc, quam adiectivo in *icus* assignamus.

existimabo] *extimabo* Vit.

formidavisse] Vit. Dr. Ven. 2. Man. Grut. — *reformidavisse* Ven. 1. Med. Aldd. Cr. L. Ju. Or.

aut reperiant, ipsa] Vit. Crat. Camer. Gryph. 2. Ern. Sch. — *aut reperi iam ipse* Man. — *aut reperiam, ipsa* Dr. Aldd. Ven. 1. 2. Ju. L. — *aut reperiam ipse* Gu. 3. Or.

ut aut dicat] *ut ante aut dicat* Vet.

utra voles] *volet* Ern. Sch.

illi volunt] *ipsi* Ven. 2. Tul.

est enim] om. *enim* Vit.

connectere] *contemnere* Vit.

236. *sic se habet*] Dr. *se sic habet* Ceteri.

et ordine] om. *et* Crat.

tamen] om. Vet.

utantur] *utuntur* Ven. 2. Tul.

quo qui est contentus, utatur. Eloquens vero, qui non approbationes solum sed admirationes, clamores, plausus, si liceat, movere debet, omnibus oportet ita rebus excellat, ut ei turpe sit, quidquam aut spectari aut audiri libentius.

Habes meum de oratore, Brute, iudicium: quod 237
aut sequere, si probaveris, aut tuo stabis, si aliud quoddam est tuum. In quo neque pugnabo tecum, neque hoc meum, de quo tantopere hoc libro asseveravi, unquam affirmabo esse verius quam tuum. Potest enim non solum aliud mihi ac tibi sed mihi ipsi aliud alias videri. Neque in hac modo re, quae ad vulgi assensum spectat et ad aurium voluptatem, quae duo sunt ad iudicandum novissima, sed ne in maximis quidem rebus quidquam adhuc inveni firmius, quod tenerem aut quo iudicium meum dirigerem, quam id, quodcumque mihi quam simillimum veri videretur, cum ipsum illud ve-

---

si liceat] *si liciat* Dr. — *scilicet* Ven. 1.
movere] *moveri* Ven. 1.
aut spectari] *aut expectari* Vit. — *aut spectare aut audire* Med. — *aut expectare aut audire* Dr. Ven. 1. 2. Tul.

237. *si probaveris*] *si qua probabis* Vet.
pugnabo] *pugnando* Vit.
tantopere] *tanto opere* Vict.
asseveravi] *asseveram iniquam* Dr.
enim non solum] *enim mihi non s.* Crat. — *enim in solum* Dr.
mihi ipsi] *mihimet ipsi* Gu. 3. Vet. Sch. Or.
neque in hac] Vit. — *nec in hac* Ceteri.
spectat] L. Man. Gryph. 2. Grut. Ern. Or. — *ad vulgi assensu spectet* Vit. — *ad vulgi sensum spectet* Dr. — *spectet* Vet. Ven. 1. 2. Med. Tul. Aldd. Ju. Crat. Vict.
novissima] Vit. Dr. Ven. 1. 2. Tul. Ern. Or. — *notissima* Oxon. — *levissima* Ceteri. cf. Varro L. L. l. VI. p. 235. — „*a novo etiam extremum novissimum dici coeptum volgo, quod mea memoria ut Aelius sic senes aliquot nimium novum verbum quod esset, vitabant: quoius origo ut a vetere, vetustius ac veterrimum, sic ab novo declinatum novius et novissimum quod extremum.*“ Abiudicavit autem Ciceroni hanc formam *novissimus* Gellius L. X, 21. V. Schott. Nodor. Ciceron. L. 3, 17. p. 365.
aut quo] om. *quo* Dr.
quam id, quodcumque] *illud q.* Ven. 1. Med. Crat. Ald. 1. Ju. L.
quam simillimum] om. *quam* Med. — *persimillimum* Vet.
ipsum illud] *illud ipsum* L. — *illud verum tamen in occulto teneret, lateret.* Vet.

238 rum in occulto lateret. Tu autem velim, si tibi ea quae disputata sunt minus probabuntur, ut aut maius opus institutum putes quam effici potuerit, aut dum tibi roganti voluerim obsequi, verecundia negandi scribendi me impudentiam suscepisse.

---

minus] *nimis* Vit.
impudentiam] *imprudentiam* Vit. Vet. Oxon. — *improvidentiam* Gu. 3. — *impacienciam* Kob.
suscepisse] *suscaepisse* Junt.

Allata est altera pars collationis codicis Monacensis, libro hoc typis iam prope expresso. Cum autem nonnulla continere videretur haec collatio, quae cognitione sunt digna, in appendicem eam coniicere malui quam omnino omittere.

Edit. Ernestii Halis Sax. 1774.	*Codex Monacensis.*
Cap. 41. 140. hoc in genere	*hec in genere*
etsi movebant	*etsi non movebant*
tamen iis	*tamen his*
de nullo, de artificio	*de nullo artificio*
141. profiterer	*profitear*
142. non modo eos ornat	*non eos ornat*
id non gloriosum docere	*id non gloriosum est docere.*
c. 42. 143. ii qui	*hij qui*
et discentibus	*discentibus et*
144. at dignitatem docere	*ad dignitatem melius docere non habent certe se.*
communicando	*commemorando*
audiendo: nescio docendo etiam aliquid aliquando si possis meliores facere.	*audiendo, nescio cur non dicendo etiam aliquid aliquando posses melius facere.*
145. turpe esse	*turpe est*
146. abfuissem	*affuissem*
c. 43. 147. quin delecter.	*quin delectet*
148. cum meae	*cum me*
non me aut	*non mea ut*
quae quidem me	om. *me*
c. 44. 149. numerose	*universe*
ut fiat quasi	*est enim quasi*
nec tamen fiat	*nec idem tamen fiet*
Lucilium	*lucillum*
150. lexeis	*lexis*
in legendo	*intelligendo*
in dicendo	*in docendo*
ne-efficiat	*nec-efficiet*
gravesque sententiae	*gravesque causas sententie*
qui vocales	*quin vocalis*
151. tanto opere	*tantopere*
populari oratione	om. *oratione*
sic probata	*si probata*

Edit. Ernest.	*Cod. Monac.*
ut eam	*ut ea*
ut scis	*ut scitis*
necesse sit	*necesse est.*
c. 45. 152. ut Naevius	*et ut nevius*
Etesiac	*radiantis et est ac*
153. contrahebant	*contrahebat*
multi' modis	*multimodis vivas*
duis bis	*duu bis*
Duellium eum — Bellium	*duullum cum — bellium*
cum superiores	om. *superiores*
et taxillis	*et axillis*
paxillo	*pauxillo*
154. pro deinde	*pro inde et pro exinde dicimus.*
non olet	om. *olet*
interposuissem	*interposuissent*
c. 46. 155. exitium	*exitum*
tuum unquam	*tu unquam*
at ille alter	*at illi aliter in chry se*
maiorum meum	*maiorum mecum*
consilium	*consilium soci augurum*
dixerim	omitt.
quam armorum jam ut	*quam centuriam ut*
156. audeo	*audio*
capitalium	*capitolium*
atqui dixit	*et qui dixit*
video sepulcra	*vide o sepulcra*
c. 47. nosse iudicasse	*nos eiudicas si vertant*
stilphonem	*stilionem*
sit, imminutum	*sient imminutum*
quamque attinendi	*quam attinendi*
isdem probavit	*idem probavit at isdem e. r. nec tamen isdem ut optimus male sonabat. isdem*
et pomeridianas quadr. q. postm. libentius	*et pomeridianas libentius*
158. abs	omitt.
abne verum	*anne verum*
abfer	*afer*
reperitur	*reperietur*
et nari	*et gnari*
ut veritas	*et veritas*
effecit, extulit, edidit	*refecit retulit redidit*
suffugit, summutavit	*subegit submutavit.*
159. concisum non concaesum	*concessum non concesum*

Edit. Ernest.	*Cod. Monac.*
sum	*partisim*
tus	*inductus*
us in verbis	*quidem in v.*
ehendet	*ĩĩ reprendit*
quin ego	*cum ego*
icio	*convicto*
lo	*paulo*
ios	*oscuuos mathones*
ies	*otonos*
Phrygibus	*cum frigibus*
antum barbaris	*aut tam in b.*
n et Phryges et Pyrrhum	*tamen et pirrhum aurium causa cum etiam quod iam*
rium	
duae literae	*duo littere*
offensio	*erat ea offensio*
fugiunt	om. *nunc*
bu' — omnibus	*omnium — omnium*
i'	*dignum*
hac de re	*de hac re*
. prudentiae est	*prudentia est*
rorum	*numerum*
s	*an illis*
ienda	*repetenda*
diximus	*dixi*
onto ab Helles	*qua pontus hellus*
im	*tmolum*
ratos aries Colchorum.	*at tauricos locorum*
s	*finis*
	asia
habeo istam ego	*habeo ego istam*
tiloquas	*versutiloquax.*
lterum aurium	*alterum aurium esse*
uodam genere	*ut quaedam genera*
consectatione	*consectione*
e genere	*quo e genere*
imus	*sed accepimus non legimus*
nus expressimus	om.
ad quae	*ad ea que*
in contrariis referendis	*inferundis contrariis.*
ias	*autumas pro autimas*
Versum	*obest multum.* Desunt quae se quuntur usque ad illa: *semper haec quae*
cum contrariis	*cum contraria*

Edit. Ernest.	*Cod. Monac.*
ut eam	*ut ea*
ut scis	*ut scitis*
necesse sit	*necesse est.*
c. 45. 152. ut Naevius	*et ut nevius*
Etesiac	*radiantis et est ac*
153. contrahebant	*contrahebat*
multi' modis	*multimodis vivas*
duis bis	*duu bis*
Duellium eum — Bellium	*duullum cum — bellium*
cum superiores	om. *superiores*
et taxillis	*et axillis*
paxillo	*pauxillo*
154. pro deinde	*pro inde et pro exinde dicimus.*
non olet	om. *olet*
interposuissem	*interposuissent*
c. 46. 155. exitium	*exitum*
tuum unquam	*tu unquam*
at ille alter	*at illi aliter in chry se*
maiorum meum	*maiorum mecum*
consilium	*consilium soci augurum*
dixerim	omitt.
quam armorum jam ut	*quam centuriam ut*
156. audeo	*audio*
capitalium	*capitolium*
atqui dixit	*et qui dixit*
video sepulcra	*vide o sepulcra*
c. 47. nosse iudicasse	*nos eiudicas si vertant*
stilphonem	*stilionem*
sit, imminutum	*sient imminutum*
quamque attinendi	*quam attinendi*
isdem probavit	*idem probavit at isdem e.. v. nec tamen isdem ut optimus male sonabat. isdem*
et pomeridianas quadr. q. postm. libentius	*et pomeridianas libentius*
158. abs	omitt.
abne verum	*anne verum*
abfer	*afer*
reperitur	*reperietur*
et nari	*et gnari*
ut veritas	*et veritas*
effecit, extulit, edidit	*refecit retulit redidit*
suffugit, summutavit	*subegit submutavit.*
159. concisum non concaesum	*concessum non concesum*

Edit. Ernest.	*Cod. Monac.*
pertisum	*partisim*
inclitus	*inductus*
quibus in verbis	*quidem in v.*
reprehendet	*ii reprendit*
160. quin ego	*cum ego*
convicio	*convicto*
populo	*paulo*
orcivios	*oscuuos mathones*
othones	*otonos*
cum Phrygibus	*cum frigibus*
aut tantum barbaris	*aut tam in b.*
tamen et Phryges et Pyrrhum aurium	*tamen et pirrhum aurium causa cum etiam quod iam*
161. duae literae	*duo littere*
erat offensio	*erat ea offensio*
nunc fugiunt	om. *nunc*
omnibu' — omnibus	*omnium — omnium*
dignu'	*dignum*
162. hac de re	*de hac re*
c. 49. prudentiae est	*prudentia est*
numerorum	*numerum*
in illis	*an illis*
reperienda	*repetenda*
163. diximus	*dixi*
qua ponto ab Helles	*qua pontus hellus*
modum	*tmolum*
at auratos aries Colchorum.	*at tauricos locorum*
finitus	*finis*
Asiae	*asia*
164. habeo istam ego	*habeo ego istam*
versutiloquas	*versutiloquax.*
esse alterum aurium	*alterum ~~aurium~~ esse*
aut quodam genere	*ut quaedam genera*
165. consectatione	*consectione*
quo de genere	*quo e genere*
accepimus	*sed accepimus non legimus*
hausimus expressimus	om.
ad ea ad quae	*ad ea que*
166. in contrariis referendis	*inferundis contrariis.*
autumas	*autumas pro autimas*
obest. Versum	*obest multum.* Desunt quae sequuntur usque ad illa: *semper haec quae*
c. 50. cum contrariis	*cum contraria*

Edit. Ernest.	*Cod. Monac.*
167. cum illius exercitu invicto: huius libidines	omitt.
constitutas	*constitutus*
168. sint cogniti. Genus	*sunt cogniti et genus illud*
hominis	*hominibus*
meae quidem	*in mea equidem*
quid dico	*quod dico*
quid si antiquissima	*qui si antiq.*
sit	*sint*
c. 51. 170. si iam nota	*sua nota*
numeri ab oratore	om. *numeri*
iure, sin probae	*sententiis iuncte sint probe*
prope quadringenti	*quadringenti prope*
171. ego autem	*ergo autem*
172. Isocratem	*Socratem*
Naucratem	*Naucratan*
impensius	*infensius*
iisdem de rebus	*et iisdem de rebus*
nesciant	*nesciunt*
173. quid? ipsi	*quia ipsi*
brevior aut l.	*aut brevior aut l.*
174. et haec et alia	*et haec et illa*
uteremur	*utemur*
etiam extant	*extant etiam*
id autem	*idem autem*
faciendisque verbis	omitt.
moderatius temperavit	*mod. etiam temp.*
c. 53. 177. quoniam igitur	om. *igitur*
diximus	*dicimus*
causa quaeratur	*causa queretur*
apteque	*aperteque*
pepulisset	*perpulisset*
ac moderata	*et mediocra*
178. mutila	*mutilia*
quidem illud	*illud quidem*
179. quaque ratione	*qua ratione*
c. 54. 180. quicunque sint	*quicunque sunt*
si communes	*si omnes*
an sit	*an est*
182. eaque et numerus	om. *et*
et quod moderatione	om. *et*
c. 55. 183. accidit	*occidit.*
cognoscere	*agnoscere*
184. illa in Thyeste	*ille in th.*

Edit. Ernest.	*Cod. Monac.*
qui tarda in	*qui in tarda in*
orationi	*orationis*
at comicorum	*ac comicorum*
185. in verbis inest	*in verbis est*
animorum sensus	*numerorum sensus*
fuerit reperta — itaque	omitt.
186. reliquerunt	*relinquerunt*
c. 56. lineamenta	*liniamenta*
187. quod si et	*quod etsi*
et alia est	om. *est*
188. aut sesqui	*aut seque*
paeon	*paean*
189. magnam enim	*magnam autem*
usitatissimi	*versutissimi*
190. Isocratis	*Isocrati*
ad verbum primam	*ad verbum primum*
ita factus	*itaque factus*
Aristophaneus	*astrophaneus*
c. 57. 191. videndum sit. Sunt	*videndum et sunt*
quod sit	*quod si*
levis ipse	*levis est*
accidere	*occidere*
alter longis	*alter e longis*
192. qui audient	*qui audiant*
194. recepit	*recipit*
quem fugit	*quem fecit*
195. permistos	*permixtos*
esse ut poema	*esset ut poema*
196. optimus auctor	*maximus auctor*
c. 58. dicendum est	om. *est*
197. paeon autem in ampli.	*paean in amplioribus*
198. nimius is	*nimis is*
c. 59. 199. tenendi sint	*tendendi sint*
cadere	*ea de re*
abiiciendus	*obiciendus*
exitum tamen	*exitum tam*
c. 60. 202. collocationis	*collocationes*
numero fiat	om. *fiat*
203. si unde	*si inde*
componendorum	*compendiorum*
c. 61. 205. an aequalibus	*et equalibus*
206. explicandum etiam est	*explicandum est etiam*
particulis.	*partibus*
207. inclusa currat	*conclusa currat*

Edit. Ernest.	*Cod. Monac.*
quoad insistat	*quoad instat*
208. attentetur	*adtempletur*
210. perfecimus	*perficiemus*
non inquirit quod repreh.	*non acquirit quid prendat*
211. licere	*liceret*
inopiae causa	*inopie casu*
cogat	*cogit*
c. 63. 212. chorei sunt	om. *chorei*
quod ab aliis	*quod ab illis*
nomin. vocabulis	*vocab. nomin.*
213. non est ille quidem	*non est sua sponte quidem*
pedibus incisim	*pedibus vicissim*
214. quem Aristoteles	*quam A.*
c. 64. 215. nam aut e longa et	*nam aut e longa est et tribus*
aut e totidem	om. *e*
216. etsi quod est	*et siquid est*
217. proximus a postremo	om. *a postremo*
uter sit	*intersit*
an longa sit	*quam longa sit*
218. dochmius	*dochimius*
c. 65. 219. his igitur	*is igitur*
tamque variis si	*tanquam si*
numero solum	omitt.
quod ante	*quod aut*
sine ulla	*sine illa*
ea non numero	*ea si non numero*
inest	*est*
220. quicquid ita concluditur plerumque fit	*quid quod plerunque sicut*
haec quoque	*haec vero*
nec tamen	om. *tamen*
c. 66. 221. et ne brevior	*et neve brevior*
nonnunquam	omitt.
222. profecto effugisse	*profectus effugisse*
223. copias	*copiam*
c. 67. efferuntur	*afferuntur*
dispondeo	*spondeus*
liberiores pedes	*leviores pedes*
224. tracta	*tractata*
quem quaeso	*quasi*
226. quaerat	*queret quem appellat*
227. apte exposita	*apte exposite*
non quin	*non cum*
apta vim	om. *vim*

Edit. Ernest.	*Cod. Monac.*
228. recte	*tecti*
229. non claudunt	*non claudit*
abest ut	*abest ne*
asseculi	*obsequti*
c. 69. 230. celet	*celat*
231. etsi enim	*si enim*
varietas	*veritas*
neque verbum	om. *verbum*
inferciens	*infarciens*
alia perspicua	*omnia perspicua*
c. 70. 232. compositi oratoris	*compositio orat.*
perierit	*periit*
233. in quadrum	*in quadram*
qui improbos probet	*quin probos probet*
c. 71. 234. modo sic ut quis	*modo si quis*
235. consimile	*simile*
aut Demosthenes	omitt.
reperiant	*reperiam ipsa eademque conditione*
236. sic habet	*sic habent*
movere debet	*moveri debet*
spectari aut audiri	*exspectare aut audire.*
spectat	*spectet.*

Errata.

Pag. 7. lin. 27. lege *exeludere* pro *encludere*
— — — 40. — *mente* pro *mense*
— — — 42. — *iudicanda* pro *iudicunda*
— 8. — 12. — *philosophia* pro *philophia*
— 11. — 21. — *omnino* pro *omnio*
— 12. — 21. — *verba* pro *verha*
— 14. — 39. — *consectabatur* pro *coniectabatur*
— 15. — 22. excidere post illa: *Paris.* 1511. *Ceteri asciverunt.*
— 17. — 29. lege *fulgurare* pro *fulgarare*
— 20. — 32. dele in illis *Ern.* 1. numerum
— 22. — 24. excidere post illa: *Non. v. demensum et pleraeque edd.*
— 24. — 18. lege *rotundum* pro *rodundum*
— 50. — 28. — *debet esse* pro *debet esset*
— 62. — 17. — *nihil* pro *vihil*
— 63. — 17. dele comma post *falsae*
- 74. — 40. lege *naturam* pro *naturum*
— 75. — 16. pone comma post *sint*, idque dele post *sed.*
— — — 25. lege *deiciemus* pro *deici emu*
— — — 37. adde post: *dicebamus.* §. 180. *quicunque sunt.*
— 86. — 34. haec nota sic erat exprimenda: *et afuissem domo*] Sic L. Sch. *et abfuissem domo* etc. plane ut deinceps sequuntur verba deletis illis intermediis *afuissem L. Sch.*
— 90. — 30. lege *voces* pro *voese.*
— 94. — 36. exciderunt post *nam pro deum* (quasi *pro* sit praepositio.)
— 96. — 30. lege *huius* pro *huis*
— 98. — 2. — *sient* pro *fient.*
— 102. — 43. — *populi* pro *popuuli*
— 104. — 8. — *dignu'* pro *digu'*
— 112. — 36. dele illa: *quia ipsi s. s. non moventur, nihilne eis* Vit. Dr. Ven. 1. 2. Tul. Vict. Grut.
— 115. — 42. lege *quos diximus* pro *quo diximus*
— 120. dele duas extremas lineas inde ab illis: *Orat.* §. 178. etc.
— 125. lin. 29. lege *dactylicus* pro *dactylius.*
— 126. lin. antepenultima lege *augebimus* pro *agebimus.*
— 127. — 23. lege *cordacicum*, Meursius pro *cordacium.*
— 127. — 27. — *cordaces* pro *cordaees.*
— 133. — 40. — *disputandum* pro *disputantum*
— 142. — 33 — *frequenter* pro *frequentur.*